Central Baptist Theological Seminary
0 0021 0032972 7

Central BAPTIST
THEOLOGICAL SEMINARY

KANSAS CITY, KANSAS

0 0021 0032972 7

REFERENCE BOOK

Digitized by the Internet Archive
in 2025

https://archive.org/details/bibliasacra0007vari

BIBLIA SACRA

IUXTA LATINAM VULGATAM VERSIONEM

VII

VERBA DIERUM

BIBLIA SACRA

IUXTA LATINAM VULGATAM VERSIONEM

AD CODICUM FIDEM

IUSSU

PII PP. XII

CURA ET STUDIO

MONACHORUM ABBATIAE PONTIFICIAE SANCTI HIERONYMI IN URBE

ORDINIS SANCTI BENEDICTI

EDITA

LIBER VERBORUM DIERUM

EX INTERPRETATIONE SANCTI HIERONYMI

CUM PRAEFATIONIBUS ET DUPLICI CAPITULORUM SERIE

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MDCCCCXLVIII

LIBRARY
CENTRAL BAPTIST SEMINARY
KANSAS CITY 2, KANSAS

R
220.47
B582
G249

IN HOC SEPTIMO SS. BIBLIORUM VOLUMINE REPERIES LECTOR

PAG.

Prolegomena IX

Praefationes sancti Hieronymi in libro Paralipomenon 1

Capitula sive titulos aut breves libri Paralipomenon 11

Librum Verborum Dierum 21

33852
38

ERRATUM CORRIGE

QUOD IN HOC VOLUMINE IRREPSIT

Pag. 5, linea 2 infra textum:

pro Is. 19, 37 *lege* Ioh. 19, 37.

PROLEGOMENA

Decimo quarto iam elapso saeculo a beata illius morte cuius, etsi indigni, filii sumus, proditur nunc hoc Sacrorum Bibliorum volumen septimum. Quod ad pedes Summi Pontificis Pii XII, qui identidem et recenter summis laudibus Beatum Patrem Benedictum efferre dignatus est, cuiusque munificentia operis nostri prosecutio possibilis evasit, grati et laeti deponimus.

Hic Verborum Dierum liber, apud sanctum Hieronymum unus omnino est, apud Septuaginta vero, qui ei Paralipomenon nomen dederunt, in duos libros dividitur.

Codices, qui nobis in hoc libro edendo praesto erant, idem fere sunt ac in libris Samuhelis et Malachim. Non omnes tamen citaturi sumus, ne in libro tot hominum urbiumve nominibus repleto, apparatus variarum lectionum, sine lectoris utilitate, nimis infletur. Nam, praeter Θ^{G} et Γ^{A} qui hoc libro carent, et X qui in secundo libro Paralipomenon textum antiquae versionis textui Vulgatae substituit, alii quoque, quibus olim usi sumus, in apparatu praesenti non iam comparent, id est $\Lambda^{H}\Sigma^{OM}B\Phi^{Z}\Theta^{SM}IZ\Gamma^{B}\Psi^{BF}$, qui omnes vel ad familias per alios codices iam satis notas pertinent, vel secundarium locum obtinent. De Casinensi familia

nullum codicem advocare potuimus, cum unicus codex nobis cognitus, qui hunc librum casinensibus litteris descriptum exhibeat, id est Vaticanus lat. 4955, *textum proferat ex alcuiniana familia mutuatum.*

Ita fit ut codices quibus perpetuo nisi sumus, additis novis quattuor de quibus infra, tres et viginti sint numero.

In quibus codicibus, libri Paralipomenon non eundem semper locum occupant; nam apud AE inter libros Regum Psalmorumque, apud $C\Lambda^{L}$ *inter libros Regum et Iob quem proxime sequuntur Psalmi, apud* $\Sigma^{T}\Theta H$ *inter Danihelem et Ezram, apud* $\Phi PN\Psi^{D}$ *inter Ecclesiasticum et Ezram, apud X inter Canticum Canticorum et Ezram, apud Y inter libros Regum Proverbiorumque, apud* Ω *tandem editionesque typis impressas inter libros Regum et Ezrae, inserti reperiuntur. Codices Q et U a Paralipomenis incipiunt, quae sequitur in Q Proverbiorum liber, in U liber Tobiae; codex vero D Paralipomenis terminatur quae post libros Regum praebet.*

Hi sunt autem codices quibus in libris Paralipomenon edendis nunc primum utimur:

N Codex Parisinus Bibliothecae Nationalis lat. 11553, *foll.* 189, *vel rectius* 191 (39×32 *cm.*), *binis columnis linearum* 50 *vel* 51, *minusculis litteris saeculo IX, Lugduni fortasse vel saltem in Gallia meridionali descriptus. Incipit mutilus a canticis quibusdam quae olim Psalterium excipiebant; sequitur, post verba* Explicit psalterium, *liber Proverbiorum usque ad cap.* 27, 25; *liber Sapientiae, inde a cap.* 10, 1; *Ecclesiasticus, Paralipomenon, Ezras, Hester, Iudith, Tobias, liber I Machabaeorum usque ad cap.* 14, 1; *Novum Testamentum, liber Pastoris Hermae cuius finis desideratur. Qui codex, tunc temporis integer, simul cum altero volumine nunc deperdito quod priorem Bibliorum partem continebat, saec. XVI, sub siglo* Ge. l., *hoc est, Sangermanense exemplar latum, in edenda Biblia a Roberto Stephano adhibitus est. Ex eodem codice, libros Iudith, Tobiae, Machabaeorum, et Evangelium sec. Matthaeum, quae antiquam latinam versionem loco Vulgatae exhibent, Petrus Sabatier aliique editores iam publici iuris fecerunt.*

Q Codex Mediolanensis Bibliothecae Ambrosianae E 26 Inf., *foll.* 307 (45×30 *cm.*), *binis columnis linearum* 42 *vel* 43, *litteris minusculis saec. IX ex. vel X inc. descriptus. Continet Vetus Testamentum, exceptis Octateucho, libris Regum et Hieremia, et, e Novo Testamento, epistulas S. Pauli. Fuit olim monasterii Bobiensis. Textus eius, quantum ad Paralipomenon libros adtinet, mire concordat cum textu fragmenti* i, *pariter Bobiensi, de quo infra.*

Codex 6 Abbatiae Sangallensis, *pag.* 230 (25×18 *cm.*), *unica columna li-* U
nearum 25 *vel* 29, *litteris sangallensibus saec. VIII ex. vel IX inc. descriptus. Continet libros Paralipomenon, Tobiae, Iudith, Hester.*

Codex Monacensis Bibliothecae Nationalis lat. 18036, *foll.* 217 (35×25 *cm.*), Y
binis columnis linearum 30, *litteris minusculis saec. IX per cola et commata descriptus, fortasse in Italia septentrionali. Incipit mutilus a cap.* 25, 7 *libri IIII Regum, quem prosequuntur libri Paralipomenon et sapientiales. Fuit olim monasterii Tegernseensis.*

Citamus insuper in apparatu sequentia fragmenta:

Fragmenta quae inveniuntur in cod. Mediolanensi Bibliothecae Ambro- i
sianae D 84 Inf. *foll.* 427 *et* 428. *Haec duo folia* (30×23 *cm.*), *unica columna linearum* 26, *litteris uncialibus per cola et commata saec. VII conscripta, continent II Paralip.* 5,9–6,8 *et* 7,14–8,6, *fueruntque olim monasterii Bobiensis. E codice integro ad quem ista pertinebant descriptus esse videtur codex noster Q, et ipse Bobiensis, eo quod eius lectiones saepissime cum lectionibus fragmentorum* i *concordent.*

Fragmentis autem quae inveniuntur in codd. rescriptis Neapolitano IV. A. 8 (*foll.* 1-24) *et* Legionensis Ecclesiae Cathedralis 15 (*foll.* 14, 51, 125), *cum vix legi possint, usi non sumus.*

De via ac ratione qua in libris Paralipomenon editio nostra procedit non multum dicemus. Nam, post factam ad mentem D. Henrici Quentin diligentem inquisitionem, in qua, praeter codices in apparatu citatos, alios, numero quadraginta, adhibuimus, patens nobis apparuit codices istos eundem fere in modum ac in praecedentibus libris secundum familias distribui. Primas partes certo obtinent codices A et C. Uterque tamen in his libris haud raro erroribus plus minusve deturpatur; unde fit ut in textu restituendo et aliorum codicum rationem habuerimus, praesertim codicum A^L *et D quorum testimonium in primo notarum apparatu iis in locis citamus ubi codices AC vel inter se non concordant vel erroneum textum exhibent. Codicibus autem NQUY, cum nulli e familiis iam constitutis adscribi queant, locum tribuimus ab aliis separatum post codices P et H.*

In secundo libro Paralipomenon siglum Compl. *in apparatu remittit lectorem ad editionem textus antiquae versionis latinae codicis X quem publici iuris fecit D. Robertus Weber, monachus Abbatiae nostrae, in octavo volumine Col-*

lectaneorum Bibliorum Latinorum, cui titulus: Les anciennes versions latines du deuxième livre des Paralipomènes (*Romae*, 1945).

Duplex textum nostrum libri Verborum Dierum praecedit S. Hieronymi prologus: alter, quem omnes fere codices praebent, ad editionem Vulgatam pertinet, alter, in paucis codicibus servatus, textum, hodie deperditum, antiquae cuiusdam latinae versionis a S. Hieronymo secundum LXX emendatum olim praecedebat.

In cod. X, loco praefationis, invenitur « Prologus Iheronimi decollectus ab Ysidoro » *cuius textus locum profert Prooemiorum S. Isidori in libros Veteris ac Novi Testamenti* (*n.* 29-30, *P. L.* 83, *col.* 162).

Cod. U, post praefationem S. Hieronymi, sequentem textum praebet:

In nomine Dei summi. Trea sunt, que continentur in hac genealogia: mutationis, quoniam hominibus mutantur nomina, sicut filius Caleph in prima vice Mosa dicetur, qui est primogenitus eius et in secunda vice Idai; adiectionis, quoniam alia nomina adiecit ut supra; diminutionis, quoniam alicuius genealogiam non longe percurrit. Sepe enim in hac genealogea aliorum hominum genealogiam non texit, sed tantum patrum nomina et filiorum indecavit. Non plane certum est, quis hanc genealogiam conscripsit, alii opinantur, quod Hesdras, legum renovator, hanc edidit genealogiam, ne ali dicerent false, quod de filiis Israhel essent; alii autem dicebant post captivitatem Babilonie et reversione ex captivitatem quod dicat genealogias, ne alii subdole populum fallerent; alli autem opinantur, quod scribe Iudeorum, sacerdotes Domini, has genealogias scripserint. Genealogie ipsam ęcclesię recepit catholica et sacramentorum pene plana et recitatur in ecclesia catholica. Explicit.

Capitulorum seriem nonnisi codices $C\Sigma^{T}\Theta^{A}$ *textui anteponunt. Quam seriem, aliis earumdem familiarum codicibus a nobis adhibitis, edidimus, eique recentiorem quamdam eiusdem seriei formam in codd. Parisiensibus saec. XIII frequentius exhibitam, adiunximus.*

XVIII Kal. Febr. a. d. MDCCCCXLVIII
in festo S. Mauri Abb.

PRAEFATIONES SANCTI HIERONYMI

IN LIBRO PARALIPOMENON

INDEX CODICUM

I. Prologi in librum Verborum Dierum de hebraeo translatum.

A (*Amiatinus*) Florentinus, Laur. S. VII-VIII.
C Cavensis, Abb. 14. S. IX.
Λ^{L} Legionensis, S. Isidori. S. X.
Σ^{T} (*Toletanus*) Matritensis, Bibl. Nat. S. X.
D Lugdunensis 401 (329). S. VIII-IX.
Φ^{R} Parisinus lat. 3. S. IX.
Φ^{G} Londiniensis Add. 10546. S. IX.
Φ^{V} Romanus, Vallic. B. 6. S. IX.
Φ^{P} Romanus, Abb. S. Pauli extra Muros. S. IX.
E Parisinus lat. 11532. S. IX.
Θ^{H} Londiniensis Add. 24142. S. IX.
Θ^{S} Stuttgartensis H. B. II. 16. S. IX.
Θ^{A} Aniciensis, Capituli. S. IX.
Θ^{M} Parisinus lat. 9380. S. IX.
P Parisinus lat. 11505. S. IX.
H Parisinus lat. 93. S. IX.
N Parisinus lat. 11553. S. IX.
Q Mediolanensis, Ambros. E 26. S. IX-X.
R Parisinus lat. 6. S. X.
F Vaticanus lat. 5729. S. XI.
U Sangallensis, Abb. 6. S. VIII.
Y Monacensis lat. 18036. S. IX.
Z Einsidlensis, Abb. 6. S. X.
Ψ^{D} Vaticanus lat. 10511. S. XII.
Ψ^{F} Vaticanus lat. 12958. S. XII.
Ω^{S} Parisinus lat. 15467. a. 1270.
Ω^{J} Parisinus lat. 16720. S. XIII.
Ω^{M} Parisinus, Mazarinaeus 5. a. 1231.
a Editio princeps (a. 1452?) 42 lin. dicta.
g Editio Gobelini Laridii, a. 1530.
r Editio Roberti Stephani secunda, a. 1532.
e Editio Roberti Stephani quarta, a. 1540.
c Editiones Clementis VIII Pont. Max. secunda (a. 1593) et tertia (a. 1598).

II. Praefationis in editionem Septuaginta de graeco emendatam.

Θ^{H} Londiniensis Add. 24142. S. IX.
Θ^{S} Stuttgartensis H. B. II. 16. S. IX.
Θ^{A} Aniciensis, Capituli. S. IX.
Θ^{M} Parisinus lat. 9380. S. IX.
P Parisinus lat. 11505. S. IX.
R Parisinus lat. 6. S. X.
F Vaticanus lat. 5729. S. XI.
Z Einsidlensis, Abb. 6. S. X.
K Parisinus lat. 26. S. XIII.
Ω^{M} Parisinus, Mazarinaeus 5. a. 1231.
g Editio Gobelini Laridii, a. 1530.
r Editio Roberti Stephani secunda, a. 1532.
e Editio Roberti Stephani quarta, a. 1540.
c Editiones Clementis VIII Pont. Max. secunda (a. 1593) et tertia (a. 1598).

INCIPIT PROLOGUS SANCTI HIERONYMI IN LIBRO PARALIPOMENON

Si Septuaginta interpretum pura et ut ab eis in grecum versa est editio permaneret, superflue me, mi Cromati, episcoporum sanctissime atque doctissime, inpelleres, ut hebrea volumina latino sermone transferrem. Quod enim semel aures hominum occupaverat et nascentis Ecclesiae roboraverat fidem, iustum erat etiam nostro silentio conprobari. 5

Codd. ACΛ^{L}Σ^{T}DΦ *etc.*

Tit. incipit prologus sancti iheronimi in libro paralipomenon Σ^{T} — incipit prologus hieronimi (iheronimi C; ieronimi Ω^{M}; hieronimi prẽbri E) in libro (libris C; *om.* E*Ω^{M}) paralipomenon (praralip. C)CEΩ^{M} — incipit prologus in libro (librum Ω^{J}) paralipomenon RΩ^{SJ} — incipit prologus in primo libro paralipomenon capitulum primum α — in nomine domini incipit prologus sancti hieronimi (heronimi Y*) in libro paralipomẽn · xp̃e faue · amen Y — incipit prologus N — incipit prefatio (prephat. Ψ^{F}; prefac. H) sancti hieronimi (iheronimi F; hieronimi pb̃ri Ψ^{F}) de libris (in libro primo Ψ^{F}; in H) paralipomenon (paralip̃p̃ Ψ^{F}; paralipemaenon F)H^{2}FΨ^{F} — incipit prefacio paralypomenon secundum hebreos U — incipit praefatio sancti hieronimi in libro dabreiamin Φ^{RG} — incipit prefatio (praef. Φ^{P}P) sancti hieronimi (iheronimi Λ^{L}) in (*om.* Φ^{V}) libro dabreiamin id est uerba dierum (+ res gesta P)Λ^{L}Φ^{VP}P — diui (beati ɾe) hieronymi (hiero. g) in librum (lib. g) paralipomenon praefatio gɾe — — eiusdem in librum paralipomenon praefatio c — praefatio hieronimi in libro qui hebraice dabreiaomim grece paralypomenon latine uerba dierum dicitur Θ^{A} — incipit praefatio hieronimi praesbyteri in libro qui hebraice dabreiaomim (dabreaiomim Θ^{M2}) graece paralypomenon latine uerba dierum dicitur Θ^{M} — praefatio de libris paralipomenon Θ^{H} — p̄r̄ paralipominon D — praefatio beati hieronymi prb̃ri A — item alia praefatio Z — *sine titulo* Θ^{S}(*spat. vac. rel.*)H*(*item*)QΨ^{D}(*spat. vac. rel*).

1. si] *praem.* tantus ac talis est liber iste ut absque illo si quis scientiam scripturarum sibi uoluerit arrogare semetipsum irrideat · per singula quippe nomina iuncturasque uerborum et pretermisse in regum libris tanguntur istorie et innumerabiles explicantur euangelii questiones · sed F (*ex ep. 53 s. Hier. ad Paulinum, cf. vol. I huius ed. p. 31, 5*) | et — 3. doctissime *om.* Y* | et ut] ut Ψ^{F}; *om.* Q | graecum Φ^{RV}Θ^{HAM}HNgɾec; gregum U*α | 2. permanere N* | superfluum E | me mi = Ω^{SJ}* *cum Hier. c. Rufin. 2, 27*; me C Σ^{T}ɾec; o mi Ω^{M}; mi** Θ^{S}; ni Ψ^{D}; mi Φ^{R2} (i *in ras.*)Ω^{J2} *cum rell. codd. et edd.* | cromati = A^{2}CΣ^{T}Θ^{S}FY^{2}; gromati A*; chromate R^{2}; chromati R* *cum rell. codd. et edd.* | 3. inpelleris AU*Y*; imperares E; *praem.* si Y*; *praem.* me Y^{2} | ut] *praem.* tibi (*ut vid.*) Z*; + tibi AΘ^{HSAM}*P^{2}FUΩ | hebraea Λ^{L}Φ^{VP}Θ^{HAM}PHNYgɾec; haebrea D; ebrea EU; aebrea CΨ^{F}; hebreo R*; hebraica Θ^{S2}; ebraica Θ^{S}*; + tibi ɾec | ∿ sermone latino Θ^{M} | 4. quod] quae U* | semel *om.* Ψ^{F} | aures] uires Ψ^{F} | occupauerant P*; occuperat A† | et — 5. etiam *om.* U* | nascentes CΛ^{L}*; innascentis Q | 5. roburauerat A | erit α | etiam *om.* Ω^{M}* |

Nunc vero, cum pro varietate regionum diversa ferantur exemplaria et germana illa antiquaque translatio corrupta sit atque violata, nostri arbitrii putas, aut e pluribus iudicare quid verum sit, aut novum opus in veteri opere condere, inludentibusque Iudaeis *cornicum*, ut dicitur, *oculos configere*? Alexandria et Aegyptus in Septuaginta suis Hesycium laudat auctorem, Constantinopolis usque Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat, mediae inter has provinciae palestinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius et Pamphilius vulgaverunt, totusque orbis hac inter se trifaria varietate conpugnat. Et certe Origenes non solum exempla conposuit quattuor editionum e regione singula verba describens, ut unus dissentiens statim ceteris inter se consentientibus arguatur, sed, quod maioris audaciae est, in editione Septuaginta Theodotionis editionem

---

Codd. ACΛ^{L}Σ^{T}DΦ *etc.*

nostro silentio *om.* Σ^{T}* | nostra U^{2}; nostra* U^{3}; non U* | co(n)probrari Θ^{H}*Z.

1. uero] igitur Ω^{S} | ferentur Σ^{T} | exempla Ψ^{F} | 2. germania Θ^{S}*; germina E* F*Ψ^{F} | antiquaque] N*; antiqua quoque Q; antiqua quequę Y*; antiquitasque N^{2} | correpta Ψ^{F} | sit *om.* Θ^{M}* | 3. putas] puritas Ω^{SJ}*^{M} | aut e] a te Θ^{S}*; autem Y*; autem e Y^{2} | indicare CΩ^{S} | quod Θ^{HSM} ZΩ | uerum] re Q | 4. opere] quere D; *om.* U* | condere = CΛ^{L}Σ^{T}DΦ^{RGVP}*E^{1} (de *corr.*) P*HNQRYΨΩαgτε; cudere AΦ^{P2}ΘP^{2}FU Zc *cum Hier. c. Rufin. 2, 27.* ¶ aŀ condere Θ^{M} | illudentibus quoque Ω^{SJ}*; inludentibus Θ^{S}Z | iudeis Σ^{T}DEΘ^{S}FUZΨ^{F} Ωα | ut] quod Yg | dicetur U* | oculum U^{2} (*pr.* u *ex* o) | confingere Σ^{T}Y*; confrigere Ψ^{D}; confringere E* | 5. et *om.* E* | aegiptus F; haegyptus C; egyptus Λ^{L} Θ^{S}Ψ^{D}Ω^{SJ}; egiptus Σ^{T}Ω^{M}α | sui Ω^{SJ}*; huius Ψ^{F} | hesycium = Θ^{AM}P^{2}Q; hesychium AHNεc; hesichium R^{2}UZg; esycium Λ^{L} Θ^{HS}; esychium Φ^{RG}P*Yτ; esychyum Φ^{VP}; esicium FΩ^{S}; esichium R*α; hesitium Ω^{M}; esythium Ψ^{D}; esitium Ω^{J}; esithium Ψ^{F}; iesicium Σ^{T}; hyesicium C; hysicium DE | laudat] Ω^{J}*; laudant Ω^{J2M} | auctorum Ψ^{F}; actorem Θ^{S}*Ω^{S} | 6. constantinupolis N*; constantinopolim Y* | usque] que Ψ^{D}; + ad EQRΨ^{F}Ω^{M}g *cum Hier. c. Rufin. 2, 27* | anthiochiam Φ^{R}PF; anthiociam Θ^{AM}; antiociam Σ^{T}; antiotiam E* | lucia U* | exempla Ψ^{F} | probata Φ^{G} | 7. media Φ^{R}F | palestinos] N*; palaestinos N^{2}gc; palaesthinos τε; palastinos F; palestinas Φ^{P} | quod Z | horigene F; horigenae C; oregene E*; origine ADΦ^{VP}Θ^{S}P*H*NQR Y*ZΨΩ^{S}; origines U* | 8. elaboratos] *in ras.* U^{1}; laboratos CΣ^{T}R*; eleboratus D Y* | aeusebius Ψ^{F}; eusepius Θ^{S} | pamphilius = ADΦ^{GVP}E*Θ^{M}PRF*Y*Ψ^{D}Ω^{M}; pāphylius Ψ^{F}; panfilius Σ^{T}; phamphilius H*; phamphylius CU; pamphilus Λ^{L}E^{2}Θ^{HS}Q F^{2}Y^{2}ZΩ^{JQ}gτεc; pamphylus Ω^{S}; phamphilus Φ^{R}H^{2}; pamphirius Θ^{A}; pāphifilius N | inter trifariam uarietatem N | 9. conpugnant Θ^{S}; cōpungat Z; conpungant Φ^{R} | origenes] E*Θ^{M}*U*Y*; horigenes C; origenis Λ^{L}*Σ^{T}ΦE^{2}Θ^{M2}P*HRU^{2}Y^{2}ZΨ; horigenis F; origines Q*; originis D | exempla] E*H*U*; exemplum D; exemplar Θ^{A}; exemplaria AΘ^{M}H^{2}QU^{2}Ω^{M}τε; exēpla P; exāplā N; exapla Λ^{L}E^{2}. ¶ uel exapla Y | 10. editionum e] editio numero Ψ^{D}; editionum Θ^{S} | discribens Σ^{T}P*Y*; discribent Ψ^{F} | ut] et Ψ^{D} | 11. desentiens E*; discutiens Ψ^{F} | inter] in AΘ^{M}* | consentientes Θ^{S}† | ⌒ inter se cons. ceteris CΣ^{T} | quod *om.* R* | 12. maiores E* | audacia U* | editionē (*ut vid.*) A* | theodotionis] Θ^{A}*Z*; theodocionis α; theoditionis Θ^{A2}Z^{2}(*ut vid.*)Ψ^{D}; teuditionis Σ^{T}; thedotionis Ω^{S}; theotionis U; theodiotionis Ω^{M}*.

miscuit, asteriscis designans quae minus fuerint, et virgulis quae ex superfluo videantur adposita. Si igitur aliis licuit non tenere quod semel susceperant, et post septuaginta cellulas, quae vulgo sine auctore iactantur, singulas cellulas aperuere, hocque in ecclesiis legitur quod Septuaginta nescierunt, cur me non suscipiant Latini mei, qui inviolata editione veteri ita novam condidi, ut laborem meum Hebreis, et quod his maius est, Apostolis auctoribus probem? Scripsi nuper librum De optimo genere interpretandi, ostendens illa de Evangelio: *Ex Aegypto vocavi filium meum,* et: *Quoniam Nazareus vocabitur,* et: *Videbunt in quem conpunxerunt,* et illud Apostoli: *Quae oculus non vidit, nec auris audivit, et in cor hominis non ascenderunt, quae praeparavit Deus diligentibus se,* ceteraque his similia in Hebreorum libris inveniri. Certe Apostoli et Evangelistae Septuaginta interpretes noverant, et unde eis haec dicere, quae in Septuaginta non habentur? Christus Deus noster

7. Ep. 57 ad Pammachium de optimo genere interpretandi. 8. Mt. 2, 15. Cf. Hieron. ep. 57, 7. 9. Mt. 2, 23. Cf. Hieron. ibid. — Is. 19, 37. Cf. Hieron. ibid. 10. I Cor. 2, 9. Cf. Hieron. ep. 57, 9.

Codd. ACΛ^{L}Σ^{T}DΦ *etc.*

1. asteriscis] Θ^{M2} (teriscis *in ras.*); + uidelicet HRΩ *cum Hier. c. Rufin. 2, 27* | designatis Ψ^{F}Ω^{S} | fuerant CΣ^{T}HRFZ Ωrec *cum Hier. l. c.*; fuerunt Ψ^{F}; *praem.* ante HRΩ^{SJ*M} | superfluo] N^{2} (o *in ras.*); superfluo** Θ^{S}; superflua Ψ^{F}; superfluuio E* | 2. uidebantur CΣ^{T}HRFΩαgrec *cum Hier. l. c.* | alios E* | temere Θ^{A*}Ψ^{F} | semen Θ^{S*} | 3. susceperat D†Θ^{S*} | iactantur] F†; iactitantur F^{1} | 4. cellulas] Ω^{J*}; cellas Ω^{J2M}; *om.* N* | hoc q*** R*; hoc quia CΣ^{T}; hoc quoque AE*Θ^{HSM}U*ZΩ^{SJ*M}. ¶ aɬ quia Θ^{M} | leguntur Y* | 5. qui] que D | 6. uetere U* | nouum PN*; nouem Φ^{P*}U*; noua Φ^{P2}YZΩ^{SJ} | ut] et Λ^{L*} | hebraeis ADΦ^{RGV}Θ^{A2M}P^{2}NYgrec; haebreis Θ^{A*}(*ut vid.*)R; haebraeis Λ^{L}Φ^{P}Θ^{HS}P*; aebreis Ψ^{F} | et] eo Ψ^{F} | quos Λ^{L*} | 7. his *om.* DQ; + qui Ψ^{D} | est *om.* Ω^{S} | actoribus Θ^{S*}; *om.* Q | comprobem αrec | 8. interpretandum U* | euangeliis D | aegipto NF; egypto Λ^{L}Θ^{S}UZΩ^{SJ}; egipto Σ^{T}DΩ^{M} α | 9. uocauit D | nazaraeus grec; nazarenus Ω^{S}; nazoreus N | uiderunt EΘ^{S2}U* Ω^{M}; uidebitur Θ^{S*} | 10. quae] quod Θ^{HS} PΩ^{SJ}αg *cum I Cor.* 2, 9; quem U* | oculus] Θ^{S2} (us *in ras.*); oculis QZ* | uidit] U*; uidet U^{2} | aures DP*UΨ^{D} | 11. et nec in cor hom. asc. rε; nec in cor hom. asc. Λ^{L}DΦ^{RGVP2}PHRFZΨΩc *cum Hier. l. c.*; nec in cor hom. non asc. CΣ^{T}Φ^{P*}Qg | ascendit EQΨ^{F}Ω^{S} *cum I Cor.* 2, 9 | quae**** Φ^{G}; quoniam Ψ^{D} | 12. se] illum ec *cum I Cor.* 2, 9 | ** his Θ^{S} | similia + et Σ^{T} | hebraeorum DΦΘ^{HAM}PHNrec; haebreorum CRYΨ^{D}; haebraeorum Λ^{L}g; ebreorum Θ^{S*}UΨ^{F}; hebrorum A† | inuenire U; inueni CΣ^{T*}. ¶ aɬ inueni Θ^{M} | 13. et *om.* AE* | euangelistae + et D | nouerant] Θ^{A2} (a *in ras.*); nouerint Θ^{S} | et] ut Ψ^{F} | eis] his Φ^{R} | 14. haec] hoc DΘ^{HS}Ω^{S} *cum Hier. c. Rufin. 2, 27; om.* Z* | ∼ haec eis g | diceretur Σ^{T}; *om.* rec | in *om.* R | septuaginta + interpretibus Ω^{J2}rec | deus] dominus Ω^{M}αrec *cum Hier. l. c.; om.* Θ^{M*}.

utriusque Testamenti conditor, in Evangelio secundum Iohannem, *qui credit,* inquit, *in me, sicut dixit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae vivae.* Utique scriptum est, quod Salvator scriptum esse testatur. Ubi scriptum est? Septuaginta non habent, apocrifa nescit Ecclesia; ad Hebreos igitur revertendum est, unde et Dominus loquitur et discipuli exempla praesumunt. Haec pace veterum loquar et obtrectatoribus meis tantum respondeo, qui canino dente me rodunt, in publico detrahentes, legentes in angulis, idem et accusatores et defensores, cum in aliis probent quod in me reprobant: quasi virtus et vitium non in rebus sit, sed cum auctore mutetur. Ceterum memini editionem Septuaginta translatorum olim de greco emendatam tribuisse me nostris, nec inimicum debere aestimari eorum quos in conventu fratrum semper edissero. Et quod nunc Dabreiamin, id est Verba dierum, interpretatus sum, idcirco feci, ut inextricabiles moras et silvam nominum, quae scriptorum confusa sunt vitio, sensuumque barbariem apertius et per versuum cola digererem,

1. Io. 7, 38.

Codd. ACΛ^{L}Σ^{T}DΦ *etc.*

1. ihoannem C; ioannem Σ^{T}ς; ioħem Ω^{SJ}; ioħm ΨΩ^{M} | credidit F | 2. inquit *om.* P* | dixit = CΛ^{L}Σ^{T}DEH NQRU; dicit *rell. codd. et edd. cum Hier. l. c.* | 3. quod — 4. est *om.* Ψ^{F} | 4. scriptum est] scriptura D† | apocryfa Θ^{AM}PN; apocripha Θ^{H}Ω^{SJ}; apocrypha ɡrec; apochrifa D; apochrypha Q; apogripha C; apofrica Ψ^{D} | ecclesia] *praem.* in Ψ^{D}; *praem.* aeloquia Ψ^{F} | hebraeos Φ^{RGP}Θ^{HAM}PHNQɡrec; hębreos Y; haebraeos Λ^{L}Φ^{V}; ebreos Ψ^{F}; aebreos Θ^{S} | 5. igitur] ergo Ω^{SJ}; iterum E* | 6. premunt C | haec] hoc Θ^{S}; *praem.* et E* | loquar = AC; loquor *rell. codd. et edd. cum Hier. l. c.* | obtrectationibus D | 7. qui] quia Y* | rodunt *om.* Σ^{T}* | legunt Θ^{H*S}; *praem.* et ɑrec | 8. idem et] id est ɑ | in *om.* ZΨ^{D} | probant Z | 9. reprobent Φ^{R2} (*alt.* e *in ras.*) | non *om.* Ψ^{F} | in *om.* Φ^{R} | rebus] tribus D | sint DΘ^{M}* | actore Θ^{S}*; uictorē Ψ^{F} | 10. mutetur] E*; mutentur DE^{2}Θ^{M}*; metetur Θ^{S}; motetur A*; utetur Ψ^{F} | nemini Ψ^{F}; + me F† | 11. graeco Φ^{RVP}Θ^{HAM}PHɡrec; ḡco Ψ^{F}Ω^{M}; grecum U* | tribuisse] fuisse Ω^{J}† | nostis Ψ^{D} | deberi CΣ^{T}DΦ^{G}; debere re U*; deberem Y* | estimare U*; existimari Θ^{HSAM}* (*ut vid.*)ɡrec *cum Hier. l. c.* | ∿ aestimari debere Y | 12. in *om.* Y* | conuentum A FU | nunc *om.* Θ^{S} | 13. dabreiamin] P^{2}(*pr.* i *corr.*)Ω^{J2} (da *in ras.*); dabreiamim AEΘ^{A} Hɡ; dabre yamim Σ^{T}; dabrae iamim N; dabreamim Θ^{S}*; dabreramin Ω^{S2}; dabreiaomim Θ^{M}* (*ut vid.*); dabreaiomim Θ^{M2}; debreiamin ɑ; debreiamim Y; debreramin Ω^{S}*; debreniamin F; dibrehaiamim ɾe; daebreiam D (*ut vid.*); דברי הימים c | est *om.* Ψ^{D} | sum *om.* Ψ^{D} | uti D; *om.* Θ^{H}* | extricabiles Σ^{T}†Θ^{S2}; extriabiles Θ^{S}* | 14. mores E*; molas Θ^{S}* | siluam] Θ^{M2} (u *in ras.*)H*; siluas YΨ^{F}; syllabas Θ^{HA}; sillabas Θ^{S}H^{2} | nominum] non minuit C | scribtoriam N | confuse sunt Ψ^{F}; *om.* Z | 15. uitium Y*; *om.* P* | sensuumque] R*; sensumque E*Θ^{M}P^{2}NQR^{2}FU*Ψ^{F}; sensusque P* | barbariem] R*U^{2} (*ut vid.*); barbariam Λ^{L}H; barbaricum R^{2}; barbarice U* | per *om.* E* | uersum E*FU*; uersus Θ^{S2}; uersuos Θ^{S}* | colla F; cula D | degererem Q; dirigerem Ω^{S}; diligerem Ψ^{D}.

mihimetipsi et meis iuxta Hismenium *canens*, si aures surdae sunt ceterorum.

EXPLICIT PROLOGUS

1. Cf. Cic. Brut. 187; Val. Max. 3, 7.

Codd. ACΛ[L]Σ[T]DΦ *etc.*

1. mihimedipsi C; mihi et ipsi D; michi scripsi Ψ[F] | meis + me F | hysmenium Ω[M]; hismoenium AΣ[T]Θ[HAM]QFΨ[D]; hismoeniū*** Θ[S2] (ū *in ras.*); ismenium UΩ[S]q̄g; ismeniam rec; hismenu C | surdes sunt FZ; surdescunt CE*; sunt si sunt Ψ[F].

Subscr. explicit prologus ACΣ[T]EN — explicit prologus secundus Z — explicit prologus sancti hieronimi P — explicit prologus sancti hieronimi in libro paralypomenonis Φ[G] — explicit prologus dabreiamin quod interpretatur uerba dierum · amen Y — explicit prefatio (praefac̄ F; p̄pn̄o Ψ[F])QFΨ[F] — explicuit praefatio Φ[P] — explicit pr(ae)fatio sancti hieronimi (hier. Φ[V]; iheronimi Λ[L])Λ[L]Φ[V]HR — explicuit praefatio sancti hieronimi in libro dabreiamin Φ[R] — explicit p̄fac̄ secundum hebreos U — finit D — *sine subscr.* Θ Ψ[D] Ωq grec.

ITEM ALIA PRAEFATIO

Eusebius Hieronymus Domnioni et Rogatiano suis in Iesu Christo salutem.

Quomodo Grecorum historias magis intellegunt qui Athenas viderint, et tertium Vergilii librum qui Troade per Leucaten et Acroceraunia ad Siciliam et inde ad Ostia Tiberis navigarint, ita Sanctam Scripturam lucidius intuebitur qui Iudaeam oculis contemplatus est et antiquarum urbium memorias locorumque vel eadem vocabula vel mutata cognoverit.

Codd. ΘPRF *etc.*

Tit. item alia praefatio Θ[HAM] — item prefatio sancti iheronimi F — item prologus iheronimi presbiteri R — incipit praefatio in libro paralypomenon Z — incipit prologus sancti Ieron̄ K — ad domnionem et rogatianum in librum paralipomenon pr(ae)fatio beati (*om.* g) hieronymi grec — ad domnionem et rogatianum in eundem praefatio eiusdem c — *sine titulo* Θ[S](*spat. vac. rel.*)PΩ[M].

1. eusebius — 2. salutem *om.* R grec | iheronimus F; ieronimus KΩ[M] | dompnioni K | rogaciano F[2]Ω[M]; rogaciono F* | ∽ christo iesu F | 3. graecorum Θ[HAM]grec | uiderunt K | 4. uirgilii Θ[A]RFZKgrec | qui + a Krec; + de R | troadae Θ[HAM]P; troiade r; trotade K | per leucaten] pleucaten ΘP | leucathen K; leucaden g; leochaton F | achroceraunia Θ[H]P; achrocaeraunia Θ[SM]; achrocaeraonia Θ[A]*; achrocaeraoa Θ[A2] | 5. syciliam Θ[SM] | hostia FK | tyberis ΘPZre | nauigauerint ZΩ[M]grec; nauigauerunt K | 6. iudeam Θ[HS]PRFZKΩ[M] | contemplatus sit rec; incontemplatus est Ω[M]; contemplatus Θ[S]Z; contemplarit F | 7. uel (2°) *om.* K.

Unde et nobis curae fuit cum eruditissimis Hebreorum hunc laborem subire, ut circuiremus provinciam quam universae Christi Ecclesiae sonant. Fateor enim, mi Domnion et Rogatiane carissimi, numquam me in divinis voluminibus propriis viribus credidisse nec habuisse magistram opinionem meam, sed etiam ea de quibus scire me arbitrabar interrogare me † solitum †, quanto magis de his super quibus anceps eram. Denique cum a me nuper litteris flagitassetis, ut vobis Paralipomenon latino sermone transferrem, de Tiberiade legis quondam auctorem, qui apud Hebreos admirationi habebatur, adsumpsi, et contuli cum eo *a vertice,* ut aiunt, *usque ad extremum unguem,* et sic confirmatus ausus sum facere quod iubebatis. Libere enim vobis loquor, ita et in grecis et in latinis codicibus hic nominum liber vitiosus est, ut non tam hebrea quam barbara quaedam et sarmatica nomina congesta arbitrandum sit. Nec hoc Septuaginta interpretibus, qui Spiritu Sancto pleni ea quae vera fuerant transtulerunt, sed scriptorum culpae adscribendum, dum de inemendatis inemendata scriptitant, et saepe tria nomina, subtractis e medio syllabis, in unum vocabulum cogunt vel e regione unum nomen propter latitudinem suam in duo vel tria vocabula dividunt. Sed et ipsae appellationes non homines, ut plerique aestimant, sed urbes et regiones et saltus et provincias sonant, et oblique sub interpretatione et figura eorum quaedam narrantur historiae, de quibus in Regnorum dicitur:

Codd. ΘPRF *etc.*

1. cura R | hebraeorum Θgrec | 2. circueamus K | prouincias quas F | 3. enim + uobis F | domnione P*; dompnioni (*vel* dompniom) K | rogatianę g; rogatione Ω^{M} | 4. ∿ credid. uiribus K | magistrum $K\Omega^{M}$; *om.* grec | 5. ∿ ea etiam $K\Omega^{M}$ grec | arbitror R | interrogasse K | 6. solitum = $K\Omega^{M}$grec; solito ΘPZ; sollicito R F | de his super] his desuper Z; de huius superioribus K | 7. paralypomenon ΘPZ; paralipemenon F; *praem.* librum ec | 8. tyberiade RKre; thiberiade ΘPZ; + de Θ^{A} | quendam Zrec; condam RF | ∿ quendam legis rec | auctorem = RF* Zg; authorem r; auctore $\Theta PF^{2}\Omega^{M}$; actore K; doctorem ec | 9. hebraeos Θ^{HAM}grec; ebraeos Θ^{s} | amiracione F; admirationibus $K\Omega^{M}$ | et *om.* R | 11. iubeatis Θ^{s}; iubetis Z | liber R | et *om.* rec | in *om.* K | graecis Θgrec; gcis K | 12. in *om.* grec | uitiosus] ambiciosus F | hebraea Θ^{AM} grec; heba K; ebrea Θ^{s*} | 13. salmatica RF | coniecta $K\Omega^{M}$grec | 14. nec hoc] nec non Z; nec Ω^{M} | 15. fuerunt Ω^{M}grec | transtulerant gc | culpa RF | scribendum F | de *om.* R | 16. emendatis rec | scriptant K | e medio] aemendatio F | 17. unum nomen *om.* K | 18. suam *om.* K | 19. non homines] nominum et saltus F | non] Θ^{s*}; nec Θ^{s2} | existimant rec | 21. regnorum + libris RF; + libro $K\Omega^{M}$ grec.

Nonne ecce haec scripta sunt in libro Verborum dierum regum Iuda? Quae utique in nostris codicibus non habentur. Hoc primum sciendum quod apud Hebreos Paralipomenon unus liber sit et apud illos vocetur Dabreiamin, id est Verba dierum; qui propter magnitudinem apud nos divisus est, quod nonnulli etiam in Bruto Ciceronis dialogo faciunt, ut eum in tres partes secent, cum unus a suo auctore sit editus. Deinde etiam illud adtendendum quod frequenter nomina non vocabula hominum, sed rerum, ut dixi, significantias sonent. Ad extremum, quod omnis eruditio Scripturarum in hoc libro continetur, et historiae, vel quae praetermissae sunt in suis locis vel perstrictae leviter, hic per quaedam verborum compendia explicentur. Orationum itaque vestrarum adiutus auxilio misi librum benivolis placiturum tantum, invidis displiciturum esse non ambigo. *Optima enim quaeque,* ut ait Plinius, *malunt contemnere videri plerique quam discere.* Si quis in hac interpretatione voluerit quid reprehendere, interroget Hebreos, suam conscientiam recolat, videat ordinem textumque sermonis, et tunc nostro labori, si potuerit, detrahat. Ubicumque ergo asteriscos, id est stellas, radiare in hoc volumine videritis, ibi sciatis de hebreo additum quod in latinis codicibus non ha-

1. Cf. III Reg. 14, 29; 15, 7. 23 etc. 13. Locus incertus quem Hieronymus, tacito nomine auctoris, etiam in praefationibus ad psalterium sec. Hebraeos et sec. Septuaginta profert.

Codd. ΘPRF *etc.*

1. ecce *om.* RF | 3. hebraeos Θ^{HAM} grec; ebraeos Θ^{s} | paralypomenon unus liber Θ^{M2}Z; paralipomenon liber unus re; liber paralipomenon unus gc; unus paralipomenon liber RF (paralipemenon); paralipomenon liber Θ^{HSAM*}PKΩ^{M} ⟦paralypomenon ΘP⟧ | uocatur KΩ^{M}; uocatus grec | 4. dabreiamin] Θ^{s*A*}; dabreiamim Θ^{s2A2} P^{2}g; dabreniamin F; dabreiaomim Θ^{M*} P*; dabreaiomim Θ^{M2}; dibre haiamim re; דברי הימים c | ∿ diuisus est apud nos Ω^{M} | 5. etiam in bruto] in bruto etiam K; et Ω^{M} | cyceronis PZ | 6. deditus K | 7. adtendunt Θ^{HAM}; attendunt Θ^{s}PK | 8. significantia Z; significationes F | sonant KΩ^{M}grec | 9. libro *om.* grec | continentur R | ∿ quae uel RFgrec | praetermissae sunt] pretermiserunt F | 10. in suis locis *om.* R | uel *om.* Z | praestrictae Θ; p̄stricte R | 11. explicantur g | 12. beneuolis ec; quem quanto uobis F; quem quanto beniuolis R | tantum inu. displ. *om.* Z | tanto R; tamen Kgrec | inuidis] Θ^{H2} (*ult.* i *in ras.*) | 13. quaeque] quoque K | ait plinius] ita plenius F | plynius Θ P | malum P; malui F | contendere F | 14. uidere Θ^{HS*}PZKΩ^{M}; *om.* grec | plerisque F | in hanc interpretationem F | 15. quid] aliquid PRFΩ^{M}grec; aliud K | hebraeos Θ^{HAM}Pgrec; ebraeos Θ^{s} | 16. nostri Θ^{HSAM*}P | 18. hebraeo Θ^{HS2AM}Pgrec; ebraeo Θ^{s*}.

betur. Ubi vero obelus, transversa scilicet virga, praeposita est, illic significatur quid Septuaginta interpretes addiderint vel ob decoris gratiam vel ob Spiritus Sancti auctoritatem, et in hebreis voluminibus non legatur.

EXPLICIT PRAEFATIO

Codd. ΘPRF *etc.*

1. obẹlus F; oboelus PZ; obolus Θ^{HS*AM} | 2. signatur grec | quod RFZK | addiderunt PRFKΩ^{M} | 3. et] licet grec | hebraeis $\Theta^{SAM}\Omega^{M}$grec.

Subscr. explicit praefatio Θ^{A}R (praefacio) — explicit praef in libris paralipomenon Θ^{H} — explicit prologus Θ^{M}ZK — *sine subscr.* Θ^{S}(*spatio vac. rel.*)PFΩ^{M}grec.

CAPITULA

SIVE TITULI AUT BREVES

LIBRI PARALIPOMENON

INDEX CODICUM

Series unica

Forma a

C Cavensis, Abb. 14. S. IX.

Λ^{H} Matritensis, Acad. Hist. 2. S. XII.

Σ^{T} (*Toletanus*) Matritensis, Bibl. Nat. S. X.

Σ^{O} Matritensis, Mus. Arch. 485. S. XII.

Σ^{M} Matritensis, Bibl. Nat. A. 2. S. XI.

B Burgensis, Seminarii. S. X.

Θ^{A} Aniciensis, Capituli. S. IX.

Θ^{M} Parisinus lat. 9380. S. IX.

Y Matritensis, Univ. Centr. 32. S. X.

R Parisinus lat. 6. S. X.

F Vaticanus lat. 5729. S. XI.

Forma b

K Parisinus lat. 26. S. XIII.

N Parisinus lat. 31. S. XIII.

S Parisinus lat. 11536. S. XIII.

Q Parisinus lat. 14232. S. XIII.

R Parisinus lat. 14233. S. XIII.

CAPITULA EX TEXTU VULGATO DESUMPTA

SERIES UNICA

Forma a

Codd. CΛ^{H}Σ^{TOM}BΘ^{AM}YRF

Capitula libri primi

I. De Adam sequens generatio usque ad patriarcham Iacob.

II. De duodecim patriarchis et de generatione Iudae et Caleph.

III. De David eiusque posteritate et de regibus qui post Salomonem et Roboam regnaverunt in Iuda.

IIII. De generationibus Iudae Symeonis et Ruben.

V. De filiis Iuda quomodo duae semis tribus expugnaverint Agarenos et de filiis dimidiae tribus Manasse et quomodo duae semis tribus in captivitatem abductae sint.

Forma b

Codd. KNSQR

Capitula libri primi

(1). De Adam usque ad Iacob.

(2). De XII patriarchis et de generationibus Iude et Caleph.

(3). Hic de David et regibus Iude.

(4). De generationibus Iude.

(5). De generationibus Symeonis et Ruben et de filiis Iuda.

(6). Quomodo due tribus et semis expugnaverunt Agarenos et de filiis dimidie tribus Manasse et quomodo due tribus et semis captivate sunt.

Codd. CΛ^{H}Σ^{TOM}BΘ^{AM}YRF (*Omnes codd. duplicem seriem capitulorum distinguunt, alteram pro primo libro, alteram pro secundo; codd. autem* Θ^{AM} *ordine unico capitula numerant a principio prioris usque ad finem alterius seriei*).

Incipit capitulacio (kapitulatio B) de libro primo paralipomenon Λ^{H}B; incipit capitulatio eiusdem libri Σ^{TM}Y; incipiunt capitula libri dabreniamin id est uerba dierum quod est PARALIPΘMENON liber primus F; incipiunt capitula in libro primo paralipemenon R; incipiunt capitula (capitolae C) libri primi CΘ^{M}; incipiunt tituli eiusdem libri Θ^{A}; *sine* incipit Σ^{O}.

1. (*num. om.* Σ^{O}) patriarca C; *om.* Σ^{TM}Y | iachob C; yob F | 2. de (*1°*) *om.* F | de (*2°*) *om.* Σ^{O} | generationibus Σ^{M} | iudęę F | et caleph *om.* R | calep Σ^{M}; caleb Σ^{T}F; chaleph B; chaleb Θ^{M}; thaleb Θ^{A} | 3. eiusque] usque Σ^{M} | posteritatem Σ^{M}; prosperitate ΘRF; potestate Λ^{H} | et roboham C; *om.* R | regnauerunt] fuerunt R | in iudam ΣY; *om.* R | 4. generatione F† | simeonis Λ^{H}Σ^{TOM2}(*pr.* i *in ras.*)Θ^{M}YRF | 5. (6 Σ^{M}*) iudę Σ^{T}; iude et R | duos Λ^{H}B*F; duas B^{2} | senis Λ^{H} | tribubus Σ^{M}Y | (expugna)uerint — sint *om.* R *spatio vac. rel.* | expugnauerunt Λ^{H}Σ^{O}BYF | dimidiae *om.* C | duos F; duas B*; duo Λ^{H} | senis Λ^{H} | in captiuitate Λ^{H}Σ^{O}B | adductae Λ^{H}Σ^{TO}BY; ductae Σ^{M}ΘF | sunt CΛ^{H}Σ^{TM}F.

Codd. KNSQR (*Utrique libro seriem propriam capit. praemittunt* KQR; *seriem ad II librum spectantem om.* NS; *numeros vero capitulorum om. omnes codd.*).

Incipiunt capitula KQ; incipiunt capitula in libro paralipomenon R; *sine* incipit NS.

2. generatione NR | iude *om.* N | 3. hic] sic Q (*err. rubricat.*); *om.* SR | 4. *totum cap. om.* R | 5. simeonis K | et (*1°*)] de KN | 6. dimidie *om.* N.

Codd. CΛ^{H}Σ^{TOM}BΘ^{AM}YRF

VI. De filiis Levi sacerdotibus et levitis atque cantoribus et de urbibus quas acceperunt.

VII. De filiis Ysachar et Beniamin Neptalim Manasse Efraim Iosue Aser itemque Beniamin.

VIII. De sacerdotibus et levitici generis officiis templo deservientibus.

VIIII. De bello Philistinis inlato in quo Saul cum filio suo occubuit.

X. De David uncto in regnum et de triginta fortissimis ducibus eius.

XI. De principibus tribuum singularum qui cum turmis suis transfugerunt ad David in Hebron.

XII. De arca testamenti a David translata in Iherusalem et de Oza ibi extincto.

XIII. De artificibus et lignis cedrinis quae misit Hiram rex et de uxoribus David quas accepit in Iherusalem et qui ex eis nati sint et de duobus bellis quibus David prostravit Philisteos.

Codd. KNSQR

(7). De filiis Levi et urbibus eorum.

(8). De filiis Ysachar et Beniamin Neptalim Manasse Effraim Iosue Aser itemque Beniamin.

(9). De sacerdotibus et levitis et officiis eorum.

(10). De bello in quo Saul occubuit.

(11). De unctione David et XXX fortissimis eius.

(12). De principibus tribuum que transierunt ad David in Ebron.

(13). De archa translata in Ierusalem et morte Oze.

(14). De artificibus et lignis et de uxoribus et liberis et preliis David.

Codd. CΛ^{H}Σ^{TOM}BΘ^{AM}YRF

6. urbibus quas acceperunt] uir R | 7. isachar Σ^{T}BΘY; isacar Σ^{OM} | et *om.* Λ^{H}B; + de F | neptalim] Θ^{A}*; nepthalim Λ^{H}Θ^{A2M}; nepthali B; nephtalim C; nebtalim Y; + et R | manassae C | efraim — beniamin *om.* R | effraim Λ^{H}Σ^{OM}; ephraim BΘF; efraym C | iosuae Σ^{O}BΘ^{M}*; ihosue C | aser *om.* Λ^{H} | 8. et *om.* B^{2} | leuitis Θ^{M}†Y* | templo deseruientibus *om.* R | 9. (10 Y, *om. num.* 9, *et sic deinceps*) filistinis CΣ^{OM}Y; philistim Λ^{H}B*RF; filistim Σ^{T}; philistiim B^{2}; philisthiim Θ^{M}; phylisthiim Θ^{A} | inlato *om.* Θ^{M}* | in quo] ubi R | sahul C | filiis suis Λ^{H}R; filios suos B* | occubuit *om.* R | 10. (*num. in ras.* Σ^{M2}) regno Σ^{TM} | ducibus eius *om.* R | ∿ ducibus eius fortissimis Σ^{O} | 11. singulorum Σ^{M} | suis *om.* F | transf. — hebron *om.* R | transfugierunt Σ^{M}Θ | ebron Λ^{H} Σ^{TO*M}BY | 12. testamenti + domini R | a] ad Λ^{H}BF | hierusalem ΘR | et — extincto *om.* R | et de] in ede Λ^{H} | hoza C; ozam Λ^{H} | inibi B | 13. et] a F; et de R | quem Λ^{H}F | iram Σ^{M}RF; hyram Θ; hira Σ^{T}; yra Y; cyra C | rex — philisteos *om.* R | rex + tiri Σ^{M} | hierusalem Θ | et (*ante* qui) *om.* F | sunt Λ^{H}ΣBF | extrauit Λ^{H}B^{2}; extrabit B* | filisteos CΣY; phylisteos Θ^{M}*; phylistheos Θ^{AM2}.

Codd. KNSQR

7. eorum *om.* KN | 8. neptalim] et KN; + et R | effraym NR | beniamin (2°) *om.* N | 9. eorum *om.* KN | 12. ad] a NS | in] usque in N | hebron S | 14. de (2°) *om.* N.

Codd. CΛᴴΣᵀᴼᴹBΘᴬᴹYRF

XIIII. De sacerdotibus ceterisque ministris et de sollemnitate celebrata quando arca in tabernaculum conlocata est et de psalmo illic decantato.

XV. De David ubi per Nathan prohibetur templum aedificare et prophetia de Christo.

XVI. De proeliis in quibus David Palestinam et Emath et filios Ammon et Damascum et usque Eufraten subdidit ad tributum.

XVII. De bello filiis Ammon inlato propter servos David quibus inluserant et de ceteris bellis quae gesta sunt contra Syros et Palestinos et filios Ammon.

XVIII. De David quando populum dinumerari fecit et de triplici optione vindictae adnuntiatae per Gad et de septuaginta milibus peste consumptis et de angelo et area Ornan Iebusei.

XVIIII. De altari quod aedificavit David in area praedicti et praecepit Salomoni ut illic constitueret templum et de omni apparatu aedificandi templi a David congregato.

Codd. KNSQR

(15). De sollempnitate in translatione arche.

(16). Quomodo David prohibetur edificare templum.

(17). De preliis David quibus Palestinam et Damascum tributariam fecit.

(18). De bello contra filios Amon.

(19). De populi numeratione et optione data et angelo viso in area Orne.

(20). De altari ibi edificato et de conquisita materia templi.

Codd. CΛᴴΣᵀᴼᴹBΘᴬᴹYRF

14. celebrata — decantato *om.* R | in tabernaculum] B*; in tabernaculo B²ΘF | conlocatum Λᴴ | illic] hic Σᴹ | 15. natan Σᵀᴹ RF | et — christo *om.* R | et *om.* ΛᴴB; + de Σᴹ | 16. in *om.* RF | quibus + opressit R | palesthinam B²; phalasthinam ΛᴴB* | et *om.* R | emat Σᵀᴹ; aemath C | et *om.* B† | filius ΛᴴB*; filiorum Σᴼ | ammon] B*; amon Σᴹ B²RF | et (*ante* dam.) — tributum *om.* R | damaschum Λᴴ | eufrathen Y; euphraten ΛᴴB | ad trib.] tributo ΣY | 17. amon ΛᴴΣᴹRF | quibus inluserant *om.* R | inluserunt Σᴹ; inlustrant F | (cete)ris — ammon *om.* R | quae gesta] quibus inlata Σᴹ | siros ΣYF²; assyrios B; assirios ΛᴴF* | phalestinos B* | ammon] B*; amon Σᴹ B²F | 18. dinumerare CΛᴴB; numerari ΣᵀR | optione — iebusei *om.* R | gat ΣᴹYF; gath ΛᴴΣᵀᴼB | et *om.* ΛᴴB | de (*ante* septuag.) *om.* Σᴹ | angelo] agello Σᴹ | aream ΛᴴB*; *om.* C | hornan CY; ornā ΣᵀB; ornam Λᴴ; areuna F; areunae Θ | iebusey F; ihebusei Y; ihebussei Σᵀ; iebussaei Θ; ihebussaey C | 19. altare ΛᴴΣᴹB*R | dauid] de Λᴴ; *om.* ΘRF | praedicti] ornan iebusei R; + areunae Θᴹ; + areune F | et praec. — congregato *om.* R | salomon ΛᴴBF | illuc Σᴼᴹ; et illi Λᴴ | construeret BF | de *om.* Λᴴ | exedificandi ΣᵀY; et edificandi Σᴹ; exsacrificandi B; et sacrificandi Λᴴ | a *om.* ΛᴴBF.

Codd. KNSQR

15. in] et K | 20. altare S* | et *om.* K.

Codd. CΛ^{II}Σ^{TOM}BΘ^{AM}YRF

XX. De levitarum numero et de sacerdotibus ceterisque levitici generis officiis sorte ministrantibus.

XXI. De turmis ad excubandum dispositis quomodo in vicena et quaterna milia divisae per menses singulos cum singulis principibus adsistebant.

XXII. De monitis David universo populo et Salomoni datis et descriptione aedificandi templi.

XXIII. De conlatione principum in donis munerum et de victimis quae obtulerunt in holocaustis et de Salomone uncto et de sancti David obitu.

Capitula libri secundi

I. De hostiis quae Salomon obtulit in Gabaon ubi a Deo sapientiam petit et de artificibus et lignis et de Hiram aerario et de proselitis operi deputatis et de expensis.

Codd. KNSQR

(21). De levitarum numero et officio.

(22). De dispositione turmarum.

(23). De monitis † Salomoni † et populo † datis † et templi descriptione.

(24). De oblatione principum et victimis et unctione Salomonis et obitu David.

Capitula libri secundi

(1). De hostiis oblatis a Salomone et petita sapientia et sumptibus.

Codd. CΛ^{H}Σ^{TOM}BΘ^{AM}YRF

20. numerum Σ^{M} | ceterisque] leuitisque Y*; *om.* Σ^{T} | leuitici — ministrantibus] leuitis R | officii F | 21. turbis Σ^{T}; turribus Λ^{H} | excabandum Σ^{M}; excanandum Λ^{H*}; excaandum Λ^{H2} | dispositos Λ^{H}; dispositus Σ^{M*} | in — adsistebant *om.* R | uicina Λ^{H} | quartena Σ^{TM} | 22. et salomoni datis] mandatis C | salomon Σ^{M} | datus Λ^{H} | et — templi *om.* R | 23. (22 R) numerum Λ^{H}ΘF | (uicti)mis — obitu *om.* R | et (*post* holoc.)*om.* Σ^{TM}Y | salomon Σ^{M} | sancti *om.* ΘF | obitu. explicit capitulacio de libro primo Λ^{H}; explicit capitulatio Σ^{M}; finiunt capitulationes Σ^{T}; expliciunt capitula de libro primo B; expliciunt capitula (cē R) libri primi Θ^{M}R; expliciunt capitula (capitolae C) CF; explicit Y; *sine* explicit Σ^{O}Θ^{A}.

Incipit capitulatio (capitulacio Λ^{H}; kapitulatio B) de libro secundo paralipomenon (paralipemenon Σ^{M}) Λ^{H}Σ^{M}B; incipit capitulatio paralipomenon (paralipomeon Y) libri secundi Σ^{T}Y; incipiunt capitula paralipemenonis liber secundus F; incipiunt capitula (capitolae C) libri secundi CΣ^{O}Θ^{M}R; *sine* incipit Θ^{A}.

1. (24 Θ *et sic deinceps*; *num. om.* Σ^{O}) hostiis] stirps Λ^{H} | quae] B* (que); quas B^{2} | gabahon C; + et Θ^{M}RF | a — expensis *om.* R | petiit Λ^{H}Σ^{M}BF | de hiram] dicirae B | iram Θ^{M*}F; hira Σ^{TO}; ira Λ^{H}; yra Y; chyra C; cyran Θ^{A}; *om.* Σ^{M} | aerario] Θ^{A2} (*pr.* r *corr.*); ratio Λ^{H}Σ^{M}B | et *om.* F | proselytis Θ^{M2}; prosilitis CΣ^{T}B*Y; prosilytis Θ^{AM*} | deputantis F | et *om.* F* | de *om.* Λ^{H}.

Codd. KNSQR

23. salomonis et populo dantis KNSQR, *errante archetypo* | 24. et (*I^{o}*) *om.* KN | dauid. expliciunt capitula KQR; *sine* explicit NS *qui cap. libri secundi omittunt.*

Incipiunt capitula libri secundi Q; incipiunt capitula secundi K; incipiunt capitula in secundo R.

Codd. CΛᴴΣᵀᴼᴹBΘᴬᴹYRF

II. De constructione templi et altaris omniumque vasorum.

III. De arca in templum inlata et de sacrificiis atque cantoribus et de gloria quae templum implevit et de precatione Salomonis ad Dominum.

IIII. De sollemnitate dedicationis templi ubi ignis de caelo descendit et quomodo Deus apparuerit ei contestans ei et de civitatibus quas aedificavit et de principibus et sacerdotibus et levitis.

V. De regina Saba et de auro et gemmis et lignis de Ophir et de scutis aureis et solio regis et de equis et curribus et de obitu Salomonis.

VI. De Roboam filio Salomonis et de Semeia propheta et de Iheroboam rege Israhel et de sacerdotibus confugientibus in Iherusalem et de uxoribus et filiis Roboam.

VII. De Sesach rege Aegypti qui abstulit thesauros et scuta aurea de Iherusalem et de Abia filio Roboam et de bello quod iniit contra Iheroboam ubi de Israhel sescenta milia ceciderunt.

Codd. KQR

(2). De constitutione templi et utensilium eius.

(3). De introductione arche et gloria Domini et oratione Salomonis.

(4). De sollempnitate dedicationis et edificatis civitatibus.

(5). De regina Saba et divitiis et obitu Salomonis.

(6). De Roboam et Ieroboam et regnis eorum.

(7). De Sesach rege Egipti qui templum spoliavit.

(8). De Abya filio Roboam et bello quod gessit contra Ieroboam.

Codd. CΛᴴΣᵀᴼᴹBΘᴬᴹYRF

2. constitutione F; constitucione R*; consecracione R² | 3. de⌋ et Σᴼ | allata Y | (can)toribus — dominum *om.* R | p̄cationem F; deprecatione B; deprecationem Σᴹ | dominum] deum ΘF | 4. templi + et F | celis Y; celis Σᵀᴼ | descendit — leuitis *om.* R | apparuit F | de (*ante* princip.) *om.* F | 5. sabba R; sabaa B*ΘF; sabbaa Λᴴ | gemmis] *praem.* de ΛᴴΣᴹB | lignis] *praem.* de ΛᴴΣᵀᴼBYR; + et YF | ophyr CΘᴬ; ofir Σᵀ | et de scutis — salomonis *om.* R | solio] *praem.* de F | obitus B*; obitum Σᴹ; abitu Θᴬ | 6. roboham C; roboan Θᴬ | filius B* | de (2º) *om* Λᴴ | et de iher. — roboam *om.* R | de hieroboam Θ; de ieroboam BYF; delere roboam Λᴴ | regem F†; regis Σᴹ | in — uxoribus *om.* F | hierusalem Θ | roboham C | 7. (6 B†) sesac Σᴼᴹ Θᴬᴹ*Y; sasac Σᵀ*; susac Σᵀ² | regem C | quia Σᴹ | et scuta — ceciderunt *om.* R | scuta] scutaria Λᴴ | hierusalem Θ | et de abia] VIII. De de aba Λᴴ | roboham C | init B* | hieroboam Θ; ieroboam F | sexcenti Σᴹ; LXᵃ F | milia *om.* Σᴹ | ∼ cecid. sescenta milia Σᵀ*.

Codd. KQR

5. *capitulo 5 praem. cap. 6* R | 6. de roboam] ieroboam R (*err. rubricat.*) | 7. susach R; sasach Q | 8. roboam] ieroboam K*.

Codd. CΛᴴΣᵀᵒᵐBΘᴬᵐYRF

VIII. De Asa filio Abia et de bello contra Zara rege Aethiopiae gesto et de Azariae prophetia et foedere Asa et Benadad rege Syriae et de Anania propheta.

VIIII. De Iosaphat et de Achab conventu et quadringentis pseudoprophetis et de Michea propheta et de bello in quo Achab occubuit et quomodo Iosaphat commonente Iheu propheta populum correxit et de Heliae litteris datis ad regem Ioram.

X. De conventu filiorum Moab et Ammon et Ammanitis ad Iosaphat ut pugnarent contra eum et de deprecatione Iosaphat ad Dominum et de verbis Iheziel filii Zacchariae de filiis Asaph super quem factus est spiritus Dei et de percussione filiorum Am-

Codd. KQR

(9). De Asa filio Abye et bello Ethiopie et prophetia Zacharie et federe Benadab et Anania propheta.

(10). De Iosaphat et Achab et Michea propheta et correctione Iheu prophete.

(11). De Iosaphat percutiente filios Amon et de obitu eius et de filio ipsius Ioram et de litteris Helye missis ad regem Ioram et morte eius.

Codd. CΛᴴΣᵀᵒᵐBΘᴬᵐYRF

22. ⟨filii CY | ⟨fratres A | 23. ⟨amramitis AY | 24. ⟨subahel AC | 25. ⟨fratres AY | ⟨et huius filius ioram Y | ⟨huius quoque A | 26. ⟨ipse AY | ⟨quae A | 27. ⟨de AY | ⟨quae A.

28 haec autem universa sanctificavit
Samuhel videns et Saul filius
Cis et Abner filius Ner et Ioab
filius Sarviae
omnes qui sanctificaverunt ea per
manum Salemith et fratrum
eius
29 Saaritis vero praeerat Chonenias
et filii eius ad opera forinsecus
super Israhel ad docendum et
ad iudicandum eos
30 porro de Hebronitis Asabias et
fratres eius viri fortissimi mille
septingenti praeerant Israheli
trans Iordanem contra occiden-
tem
in cunctis operibus Domini et in
ministerium regis
31 Hebronitarum autem princeps
fuit Hieria secundum familias
et cognationes eorum
quadragesimo anno regni David
recensiti sunt et inventi viri for-
tissimi in Iazer Galaad

---

29. ad opera C(hop.)Λ^{L}D; ad operas A | ad docendum et ad iudic. Λ^{L}D; ad ducendum et ad iudic. A; ad hoccidendum et iudic. C | 30. iordanē D; iordanen A C(ihor.)Λ^{L} | in (*ante* ministerium) CΛ^{L}D; *om.* A.

Deest U.

28. samuel $\Sigma^{T}\Omega$grelvȝc; samel X; isrl P† | uiuens D* | sahul C | cys Ω^{SJ}; chis XE*; chys C | ihoab C; iaob Ω^{M}†; iohel Φ^{R} | saruie $\Sigma^{T}\Omega$a; seruię Λ^{L}; saruia N | omnis a | qui] E*; que $E^{2}\Omega^{M}$aelȝ | sanctificauerunt] P*; sanctificauerant $\Lambda^{L}\Theta P^{2}$HNarelȝc; sanctificaberant X; sacrificauerant Q | eam Q | per manusalemith Y; per manus selemit X | salamith Λ^{L}E; salimith D; saelemith Θ^{H}; selemith Θ^{A}N grelvȝc; samelith Φ^{V}; selemoth Ψ^{D} | fratrum] Θ^{A2} (m *in ras.*); fratrem $\Phi^{R}\Omega^{S}$a.

29. saaritis] E*P*; saariatis D; saraitis a; isaaritis $AE^{2}\Theta^{A}P^{2}\Omega$grelvȝc; ysaaritis Ω^{S}; isaaratis Θ^{H}*; iesaaritis Ω^{M} | conenias XEa; chonēnias Ω^{S}; choneias Ω^{M}. ¶ « chonenias » uel « choneniahu » *Iac.* | et *om.* Σ^{T} | filiis elȝ | operas A Θ^{H*A} | srahel C; srhl XΣ^{T}; israel Ωgrel vȝc; isral A; isrl Φ^{RGV}PHNY$^{2}\Psi^{D}\Omega^{SM}$; srl Λ^{L}; isl D; *om.* Y* | docendum] P^{2} (o *in ras.*); ducendum $A\Theta^{A*}$ıv; occidendum C(hocc.)Σ^{T} | ad (*3°*) *om.* CΣ^{T}Q arelvȝc *cum Rab. Mauro in I Par. 26.*

30. ebronitis X$\Sigma^{T}\Theta^{H}$P; hebonitis D*; bronitis N; hebro Y* | hasabias grelvȝc; esabias D; asabas X; asahias Ω^{M}. ¶ hebr. ant. « esabias » *Iac.* | et fratres eius] et sabias fratres eorum Ω^{S2M}; et sabias et fratres eorum Ω^{S2M} | septingenta N | sraheli C; srhli Σ^{T}; israeli Ωgrelvȝc; isrli $\Theta^{H}\Omega^{SM}$; srli Λ^{L}; israheli** P; israheliti D; israhel E; srhl X; isrl HN | iordanē $D\Omega^{SJ}$g; iordanen $A\Lambda^{L}X\Sigma^{T}\Phi^{RG}\Theta$PHNQa; ihordanen C; iordan Ψ^{D} | in (*1°*) *om.* Ψ^{D} | et *om.* Ψ^{D} | ad ministerium Ψ^{D}; ministerium A; in ministerio Θ^{A}P; ministerio Θ^{H}*.

31. haebronitarum CDΘ^{H}; ebronitarum Σ^{T} | hieria = $A\Lambda^{L}\Theta P^{2}H\Psi^{D}$a; iheria X; ieria grelvȝc; heria Q; hiera Y; hierias EN; iherias C; ierias Σ^{T}; herias D$\Phi\Omega$; *erias P* | earum Q† | recenseti DΦNQY | et inuenti]Θ^{H}*; et inuenti sunt Θ^{H}Yagrelȝc; et inuenit D; *om.* E | iarer Y; gazer $\Phi^{V}*\Omega^{SM}$a; azer E; az A | galaat X; galaath $\Sigma^{T}\Phi^{P}$; + trans iordanen (-em Y*)Y.

---

28. ⟨haec ACY | ⟨et saul A | ⟨omnes AY | 29. ¶ saaritis XXI. CXΣ^{T}; *Div. sine num.* N; ⟨saaritis AY | ⟨super Y | 30. ⟨porro ACY | ⟨praeerant Y | ⟨in cunctis A | 31. ⟨hebronitarum ACY | ⟨quadragesimo AC | ⟨recensiti Y.

32 fratresque eius robustioris aetatis
duo milia septingenti principes
familiarum
praeposuit autem eos David rex
Rubenitis et Gadditis et dimi-
dio tribus Manasse in omne
ministerium Dei et regis
XXVII. 1 filii autem Israhel secun-
dum numerum suum principes
familiarum
tribuni et centuriones et praefecti
qui ministrabant regi iuxta tur-
mas suas
ingredientes et egredientes per
singulos menses in anno
viginti quattuor milibus singuli
praeerant
2 primae turmae in primo mense
Isboam praeerat filius Zab-
dihel
et sub eo viginti quattuor milia
3 de filiis Phares princeps cuncto-
rum principum in exercitu
mense primo
4 secundi mensis habebat turmam
Dudi Ahohites
et post se alterum nomine Ma-
celloth
qui regebat partem exercitus vi-
ginti quattuor milium

---

32. robustioris aetatis AΛ^{L}D (rub. D*); robustiores hetatis C | dimidio tribus A D; dimidiae tribus CΛ^{L}*; dimidiae tribui Λ^{L2}.

XXVII. 1. egredientes AΛ^{L}D; regredientes C | 3. princeps AΛ^{L}D; principes C.

Deest U.

32. fratres quoque DEΩ^{M} | robustioris aetatis] Q*; robustiores (ae)tatis CX Φ^{P}Θ^{H}*Q^{2}; robustiores (ae)tates Σ^{T}Y | septing.] duocentum Ψ^{D} | proposuit H | rubennitis ΦP*; robenitis D | gaditis AE Ω^{M} | dimidi(a)e tribus CΛ^{L}*XΣ^{T}Ψ^{D}; dimedio tribu Φ^{RG}*; dimedia tribu Φ^{G2V}; dimidiae tribu E*; dimediae tribu Φ^{P} P*; dimidiae tribui Λ^{L2}E^{2}ΘP^{2}Ωαgrelʒc; dimiae tribus H | manasse] Φ^{V}*; mannasse DΦ^{V2}P; mannase Φ^{P}Ψ^{D}; menasse H* | in omni ministerio P* | omnem XDΘ^{A}QY.

XXVII. 1. srahel C; srhl XΣ^{T}; israel Ωrelʋʒc; isrl Φ^{RGV}Θ^{H}HΨ^{D}Ω^{SM}g; srl Λ^{L}; isl D; *issabel N | et (*I*^{0}) *om.* Ω^{JM} | egred.] regredientes CX | milium E* | singuli* E.

2. turb(a)e Ψ^{D}Ω^{M} | isboam] Θ^{H}*P^{2} (is *in ras.*); hisboam H; isboan Σ^{T}; hysboan C; iisboam Θ^{H2}; isboa Q; iesboam grelʋʒc; isbaam Λ^{L}; hisbonā Ψ^{D}; siboam Ω^{S}; syboam Ω^{M}. ¶ « isboam » uel « iasbaam » *Iac.* | filiis Σ^{T}*Φ^{P}; *om.* Φ^{R} | zabdiel Σ^{T}Ωgrelʋʒc; zaddihel PΨ^{D}; iabdihel Q.

3. de] *praem.* et Θ^{H}* | fares AΣ^{T}N; sares D | princeps] Ω^{S2} (eps *in ras.*); principes CΣ^{T}ΦP* (*ut vid.*). ¶ hebr. « princeps » *Iac.* | cunct.] sanctorum DΦP* (*ut vid.*) | in exercitum Θ^{H}; exercitus r *cum hebr. et LXX.*

4. turma Q; + dauid. D* | dudi] Φ^{P}*; dudia relʋʒ; adudi Q; dud DΦ^{RGP2}; dux Ω^{SM}. ¶ uera littera « dudi » *Iac.* | ahoites Σ^{T}Θ^{H}P; aohites α; aohitis Y; achoites DΦΩ^{SJ}; ahohnites Λ^{L}*; haboites Q; sachoites Ω^{M}; abobites Ψ^{D}; aoithites X; hachites C | alter grelʋʒc | machelloth Ω^{S}; maceloth Ψ^{D}Ω^{J}; meccelloth E; mathelloth Ω^{M}; macelluth H; macellud X | partem *om.* Σ^{T} | milia Θ^{A}PQ; mil E; ml Θ^{H2}; *om.* Θ^{H}*.

---

32. ⟨fratresque AY | ⟨praeposuit ACY | ⟨in A.

XXVII. 1. ¶ filii XXVII. Ω^{SJ}; § filii Ω^{M}; ⟨filii ACY | ⟨tribuni A | ⟨ingredientes AY | ⟨viginti A | 2. ¶ primae XXI. Θ^{H}; ⟨primae ACY | ⟨et A | 3. ⟨de Y | ⟨princeps A | 4. ⟨secundi ACY | ⟨et AY | ⟨qui A.

5 dux quoque turmae tertiae in mense tertio erat Banaias filius Ioiadae sacerdos
et in divisione sua viginti quattuor milia
6 ipse est Banaias fortissimus inter triginta et super triginta
praeerat autem turmae ipsius Amizabad filius eius
7 quartus mense quarto Asahel frater Ioab et Zabadias filius eius post eum
et in turma eius viginti quattuor milia
8 quintus mense quinto princeps Samaoth Iezarites
et in turma eius viginti quattuor milia
9 sextus mense sexto Hira filius Acces Thecuites
et in turma eius viginti quattuor milia
10 septimus mense septimo Helles Phallonites de filiis Ephraim
et in turma eius viginti quattuor milia
11 octavus mense octavo Sobochai Asothites de stirpe Zarai

---

6. amizabad AΛ^{L}; amizabat D; amizadab C | 8. iezarites Λ^{L}D; iezraites A; *om.* C.

Deest U.

5. bananias Ω^{M}; ba**aias Φ^{P*} | ioiade Λ^{L}XΣ^{T}Θ^{H}PQΨ^{D}Ωα; ihoiadae C; ioadae AΘ^{A*}N. ¶ « ioiade » uel « ioiada » *Iac.* | sacerdotis Ωg. ¶ « sacerdotis » uel « sacerdos » *Iac.*

6. banaia DΦP*Ψ^{D}; bananias Ω^{M} | ∿ fortissimus banaia D | et super triginta *om.* NQ | praeerat autem] pre autem herat C^{2}; pre autem herant C*; *praem.* et Θ^{H2} | amizabath Ω^{M}; amizabat Σ^{T}DΦ^{RGV2P}PΩ^{J}; aminazabat Φ^{V*}; amizadab CEΘ^{H*A}YΩ^{S}α; aminadab Ψ^{D}.

7. quartus*** Σ^{T}; *om.* XH | ∿ quarto mense quartus Ω. ¶ « quartus mense quarto » ordo est secundum hebr. et ant. *Guill.* | hasahel C; asael Σ^{T}Ω^{J}g; assael Ω^{S}; azahel Ere; asęl D; basahel X | ihoab C; iaab Q | sabadias A; zabadaias Ω^{S}; zabdias ΘP^{2} (zab *in ras.*); zabadia Ω^{J}; zabadius N; zabadi Q | eius (*1°*) *om.* Σ^{T}; + et E* | eius (*2°*)] sua Ω^{SJ} | uig. quat.] XX*IIII E; uiginti Ψ^{D} | milia *om.* Ω^{J}.

8. quintus] quinto Ω^{S}; *om.* XH | mense + uero Ω^{M*} | principes Ψ^{D} | samahoth CΦ^{P}; samoth EΘP; amoth Σ^{T}; samoath A; samaothi X; samoothi H | iezarites = Λ^{L}XDΦQYΨ^{D}Ω^{JM}; iezarithes H; iazarites N; iezerites arelvȝc; iezraites AE; iezrahites Ω^{S}g; ieiarites Θ^{H2} *in ras.*; iezrahelites Θ^{A}; zerahelites P^{2} *in ras. brev. spat.*; *om.* CΣ^{T} | in *om.* YΨ^{D}.

9. sextus *om.* XH | mense sexto] in sexto mense Ω^{SJ*M}; sexto mense Ω^{J2} | ira Σ^{T}NΩ^{J}; hyra CΘ^{H}; hiras X; iora E; iram Ω^{M}; yram Ω^{S} | acces** E; aches Σ^{T}; sacches C | thecuytes C; tecuites Σ^{T}; thecuithes Ω^{S}; thecoites P*; checuites Ω^{M} | in *om.* D.

10. septimus *om.* XH | elles Σ^{T}; hęles D; hellis E | fallonites Σ^{T}; pallonites C*Φ; phallonithes Λ^{L}; phaalonites AΘ^{A} P^{2} (phaa *in ras.*); phallotes Y; plonites Ω^{J} | efraim CΣ^{T}DΦ^{V}N; ephraym Ω^{S}; efraym X; effraim Φ^{P}Ω^{M} | turba D.

11. octauus] octauo D*; *om.* XH | sobochaias·othytes C | sobocai Σ^{T}Φ^{P}E; sobocahi D; sobocchai N; sabocay X^{2}; sabacay X*; phochai Q | asothites = A Λ^{L}DΦEΘ^{A}HΨ^{D}Ω^{JM}; hasothites g; asotites XΣ^{T}Y; asothithes Θ^{H2}PN; asathites Q; asachites Ω^{S}; usathites α; husathites rel vȝc; sothithes Θ^{H*} | de — 12. nonus] id est Θ^{A} | de] dei X | zaray CXΩ^{S}; zarahi grelvȝc; sarai E; zari A; zari* P^{2} (i *in ras.*) | in *om.* Q.

---

5. ⟨dux ACY | ⟨et A | 6. ⟨ipse AY | ⟨praeerat AY | 7. ⟨quartus ACY | ⟨et in AY | 8. ⟨quintus ACY | ⟨et AC | 9. ⟨sextus ACY | ⟨et A | 10. ⟨septimus ACY | ⟨et A | 11. ⟨octavus ACY.

et in turma eius viginti quattuor milia
12 nonus mense nono Abiezer Anathothites de filiis Iemini
et in turma eius viginti quattuor milia
13 decimus mense decimo Marai et ipse Netophathites de stirpe Zarai
et in turma eius viginti quattuor milia
14 undecimus mense undecimo Banaias Pharathonites de filiis Ephraim
et in turma eius viginti quattuor milia
15 duodecimus mense duodecimo Holdai Netophathites de stirpe Gothonihel
et in turma eius viginti quattuor milia
16 porro tribubus praeerant Israhel
Rubenitis dux Eliezer filius Zechri
Symeonitis dux Saphatias filius Macha

---

16. tribubus CΛ^{L}; tribus AD.

Deest U.

12. nonus *om.* XH | abezer D^{2}; abzer D* | anathotites CΣ^{T}ϑg; anathothithes Ω^{S}; anatites X | filiis] stirpe DΦP Ψ^{D}Ω | ihemini C; iemeni D; gemini X Σ^{T}Φ^{P}Ψ^{D}Ω^{SM} | in *om.* D | XXIII P*.

13. decimus *om.* XH | maray X^{2}(*ut vid.*)Ω^{S}; meray X*; marari Ω^{J}* | et — zarai *om.* Y | netophathites] N^{2} (n *in ras.*); netophatites Φ^{V}Θ^{A}g; nethophathites CΛ^{L}HQΨ^{D}Ω^{J}; nethophatites Φ^{RGP}Pα; nethofatites X; nethophatithes Ω^{S}; nethophathithes Θ^{H}; nethopathithes D; nathophathites E; neophatites Ω^{M}; neofatites Σ^{T} | de stirpe zarai *om.* X† | zaray CX^{1}Ω^{S}; zarahi ɾɛlɒʒc; zari Θ^{A}P^{2} (i *in ras.*); lazari E | in *om.* D | turmis C.

14. undecimus *om.* XH | banaias] Θ^{H}*; banaas DΦΩ^{SM}; baraias Θ^{H2}; ianaias X | pharatonites Ω^{S}; faratonites Σ^{T}; pharathonithes Ω^{M}; phrathonites Λ^{L}; pharotho·nites D; pharathothites Θ^{H}*P^{2}; pharothothites Θ^{A}; pharahothites P*; pharonites A | efraim CΣ^{T}DΦ^{V}N; effraim Φ^{GP}Ω^{JM}; ephraym Ψ^{D}Ω^{S}; epraym X.

15. duodecimus *om.* XH | duodecimo] decimo Q | holdai] P^{2} (ai *in ras.*); holday CX; oldai Λ^{L2}Σ^{T}Ψ^{D}; eldai Λ^{L}*; holdia DΦΩ^{J}; hoaldia Ω^{SM} | netophatites YΩ^{S}; netofatites Σ^{T}; netophatithes N; nethophathites CΦ^{GV2}Θ^{H}HΩ^{JM}; nethophatites Λ^{L}Φ^{RV*P}Pα; nethofatites X; nethophathithes Θ^{A}; netophadites E; nethopathites D; nethophanithei Ψ^{D}*; nethopha Ψ^{D2} | gothoniel AXΣ^{T}DΦ^{P}Ωagɾɛlɒʒc; godonihel E; sothonihel H; othoniel Λ^{L} | in *om.* D.

16. tribus ADE*Q; hi tribubus E^{2} | pr(a)eerat Σ^{T}Y*; + in P*aɾɛlʒ | srhl C XΣ^{T}; israel Ωagɾɛlɒʒc; isral AP; isrl Φ^{RV}Θ^{H}PHNΨ^{D}Ω^{SM}α; srl Λ^{L}; isl D | rubennitis Φ^{RVP}P* | dux *om.* Σ^{T}* | eliezer] N*; elie-zer ɪɒ; heliezer CN^{2} | zecri XΣ^{T}; hiecri P | symeonitis = ACΛ^{L}XΘ^{H2}(*pr.* s *in ras.*)^{A}NQΩ^{S}α; simeonitas Ψ^{D}; simeonitis *rell. codd. et edd.* | saphathias XΘ^{H}* NQ; sapha*thias H; sapatias E; saphacias α; saphazias PY; aphatias AΘ^{A}; aphathias Θ^{H2}; saphathiad C; saphatah Σ^{T}*; saphatath Σ^{T2} | maacha Θ^{H}gɾɛlɒʒc; macath C.

⟨et A | 12. ⟨nonus ACY | ⟨et A | 13. ⟨decimus ACY | ⟨et in A | 14. ⟨undecimus A CY | ⟨et A | 15. ⟨duodecimus ACY | ⟨et A | 16. ⟨porro ACY | ⟨rubenitis A | ⟨symeonitis AY.

17 levitis Asabias filius Camuhel
Aaronitis Sadoc
18 Iuda Heliu frater David
Isachar Amri filius Michahel
19 Zabulonitis Iesmaias filius Abdiae
Nepthalitibus Ierimoth filius Oziel
20 filiis Ephraim Osee filius Ozaziu
dimidio tribus Manasse Iohel filius Phadiae
21 et dimidio tribus Manasse in Galaad Iaddo filius Zacchariae
Beniamin autem Iasihel filius Abner
22 Dan vero Ezrihel filius Hieroam
hii principes filiorum Israhel

---

17. aaronitis C; aaronithis Λ^{L}; aaronites D; aronites A | 18. iuda AΛ^{L}D; iudae C | 20. dimidio tribus AD; dimidio tribu C; dimidiae tribus Λ^{L} | 21. demidio tribus D; dimidi(a)e tribus CΛ^{L}.

Deest U (*usque ad v.* 19, iesmaias).

17. hasabias greſvȝc; asaphias AH; abasias Q | chamuhel CEHQ; camuel Σ^{T}greſvȝc; chamuel XΩJα; chamihel Ω^{M}; chamiel Ω^{S} | aaronithis Λ^{L}; aronitis Φ^{V} E*; aaronites D; aronites A | sadoch C XΣ^{T}EΘ^{H}HQYΨ^{D}Ωα.

18. iudae C; iude Σ^{T}; iudaitis Ωr. ¶ « iudaitis » *Hug.* hebr. et ant. habent « iuda » non « iudaicis » et similiter Ieronimus et habent « ysachar » non « ysacharitis » *Guill.* | hęliu D; eliu XΣ^{T}greſvȝc; helui Ω^{M}; eliud Ω^{S}; helius Q; heliab $\Theta^{A}P^{2}$ (ab *in ras.*); eliab Θ^{H} | issachar A$\Lambda^{L}\Phi^{G}$EΘ^{H}Yeſvȝc; isacar Σ^{T}; ysachar Xα; issechaer N; isacharitis ΩJ; issacharitis r; ysacharitis Ω^{SM} | ambri A $\Lambda^{L}\Phi^{P}$EΘ^{A}; amram Ω^{S} | michael Ωagreſv ȝc; micahel C; micael XΣ^{T}.

19. zabolonitis Λ^{L} | iesmaas X; ihesmaia C; iesmasias AΘ^{H2A}P; iesmasais Θ^{H*} | abdie $\Sigma^{T}\Phi^{P}$EUΨ^{D}Ωα; habdiae C | nepthalitibus] Λ^{L*}; nephthalitibus U^{2}reſ vȝc; nephtalitibus CU*; neptalitibus Σ^{T} ΦEΘ^{H}PΨ^{D}ΩJMα; neptalicibus Ω^{S}; neptalitribus Y; nepthalitis Λ^{L2}H; neptalitis X; nephtali g | iherimoth C; iherimot X; ieremoth U; ierimuth D$\Phi^{RG}\Omega^{SJ}$; hierimuth Φ^{P}; herimuth Φ^{V}; ieremuth Ω^{M}; ierimath E. ¶ « ierimuth » uel « ieremuth » *Iac.* | hozyhel C; oziel Σ^{T}DEU Ω^{SM}α; ozrihel Λ^{L}; ozriel Φ^{G}greſvȝc.

20. filius XE*Ψ^{D}; *om.* E^{2} | efraim Σ^{T}DΦ^{V}N; effraim $\Phi^{P}\Psi^{D}\Omega^{SM}$; e*fraim U; epraym X; phaim C | oseae Φ^{V}UYΨ^{D}; hoseę C; oesee N*; moseę D; moisee E | hozazyu C; ozazii DΦ^{RGV}; oza*z*i Φ^{P}; ozazim Ω^{S} | dimidi(a)e tribus Λ^{L}X $\Sigma^{T*}\Phi^{RP2}\Theta P^{2}H\Psi^{D}$; dimedi(a)e tribus Φ^{GVP*} P*; dimidio tribu C; dimidi(a)e tribu Σ^{T2}E*; dimidi(a)e tribui E^{2}Ωagreſvȝc | manassę Λ^{L}; manase U; mannase Ψ^{D} | iohel — 21. manasse *om.* A | ioel Σ^{T}gr eſvȝc; ihoel C; iohoel Λ^{L}; oziel E | phadiae = XD$\Phi^{RGV}\Theta$PNQ; phadie Φ^{P}UY Ω^{M}; fadie C; phadaiae Λ^{L}Hgreſvȝc; phadaie $\Psi^{D}\Omega^{SJ}$α; phadięl E; fadiel Σ^{T}.

21. et — manasse *om.* A | dimidi-(a)e tribus CΛ^{L}XΘH; dimediae tribus P^{2}; dimidie tribu Σ^{T}; dimedie tribu Φ^{P*}; dimidi(a)e tribui $\Phi^{P2}E\Psi^{D}$Ωagreſȝc; dimediae tribui Φ^{RGV}P* | mannasse P; manase U; mannase Ψ^{D} | in galaad iaddo *om.* D | galaat Σ^{T}; galaath Φ^{P} | ięddo X*; addo P | zacchariae = CD$\Phi^{RV}\Theta^{H}$Q Y; zaccarie Σ^{T}; zacharie UΩα; zachariae *rell. codd. et edd.* | ben-iamin eſv | iasiel Σ^{T}UΩ^{M}greſvȝc; asihel Φ^{R} | habner C.

22. ezriel X$\Sigma^{T}\Omega^{M}$αre; esriel Ω^{S}; azrihel Y; ozrihel A; ezre* g | hieroam = Φ^{P}EΘPHNQYΨ^{D}; iheroam CX; ieroam $\Sigma^{T}\Phi^{RG}\Omega$α; *ieroā U^{2} (ie *in ras.*); ieroham Λ^{L}greſvȝc; hieram A; hieroboam DΦ^{V} | princeps Ψ^{D} | srahel C; srhl XΣ^{T}; israel ΩJgreſvȝc; isrl Φ^{RV}PH NY$\Psi^{D}\Omega^{SM}$; srl Λ^{L}; isl D; irl U.

---

17. ⟨levitis A | ⟨aaronitis Y | 18. ⟨isachar A 19. ⟨zabulonitis A | ⟨iesmaias Y | ⟨nepthalitibus A | 20. ⟨filiis AY | ⟨dimidio A | 21. ⟨et Y | ⟨beniamin ACY | 22. ⟨dan A | ⟨hii AY.

23 noluit autem David numerare eos
a viginti annis inferius
quia dixerat Dominus ut multiplicaret Israhel quasi stellas caeli
24 Ioab filius Sarviae coeperat numerare nec conplevit quia super hoc ira inruerat in Israhel
et idcirco numerus eorum qui fuerant recensiti non est relatus in fastos regis David
25 super thesauros autem regis fuit Azmoth filius Adihel
his autem thesauris qui erant in urbibus et in vicis et in turribus praesidebat Ionathan filius Oziae
26 operi autem rustico et agricolis qui exercebant terram praeerat Ezri filius Chelub
27 vinearumque cultoribus Semeias Ramathites
cellis autem vinariis Zabdias Aphonites
28 nam super oliveta et ficeta quae erant in campestribus Balanan Gaderites

---

23. dixerat AΛ^{L}D; dixit C | 24. in fastos Λ^{L}D; in fastus A; in fasto C | 25. praesidebat AΛ^{L}D; presidebant C | 28. gaderites CD; gadarites Λ^{L}; gaderitis A.

23. uoluit EΩ^{S}. ¶ quidam male habent « uoluit » *Hug.* | ∿ numerare dauid N | annis + et EΘ^{A2}Q *cum hebr. et LXX* | dixit CU; dilexerat Y | deus Θ^{H} U | multiplicaretur DΦP* *cum Rab. Mauro in I Par. 27.* ¶ iuxta hebr. « ut multiplicaretur », hebr. enim habet « ad multiplicandum » *Guill.* hebr. « multiplicare » *Iac.* | srahel C; srhl XΣ^{T}; israel ɾɛlʋʒc; isrl AΦ^{RV}EPHNYΨ^{D}Ωg; srl Λ^{L}; isl D; irl U | stell(a)e DΦ *cum Rab. Mauro l. c.* ¶ « stellas » uel « stelle » *Iac.*

24. ihoab C; + autem Φ^{R} | saruie Σ^{T}UΩɑ | coepit Φ^{P} | compleuerat Φ^{R}U* | ira + dei ɑɛ | intrauerat Ψ^{D} | in] insuper Ω^{S}; super Ω^{M}, *cf. hebr. et LXX* | srahel C; srhl XΣ^{T}; israel Ωʃgɾɛlʋʒc; isrl Φ^{RV}EPHNYΩ^{SM}; srl Λ^{L}; isl D; irl U | qui] quia Θ^{A} | recenseti DΦP*NQY | elatus Σ^{T}; reuelatus Q | fastus AU*Ω^{S}; fasto CΣ^{T}; phasto Y; fausto E*; faustis E^{2}. ¶ libello nominum Σ^{T}.

25. super thesauris U | fuit *om.* Φ^{R}; *praem.* dauid Σ^{T} | azhmoth P; azmoht U*; azamoth A; hazomoth C; azomot Σ^{T2} (z *corr.*); azimoth Λ^{L}EΩ^{SM}; azimo Ψ^{D} | adiel Σ^{T}Ugɾɛlʋʒc; adhiel Ω^{M}; adhihel Ψ^{D}Ω^{J}; abdiel Ω^{S}; dathel Q. ¶ hebr. « abdiel » *Iac.* | is D | qui *om.* H | et (*I°*) — turribus *om.* E | in (*2°*) *om.* DΦPΨ^{D} | ciuis C | in (*3°*) *om.* P* | presidebant C Σ^{T} | ihonathan C; ionatan Σ^{T}; ionatham DE | ozie Σ^{T}UΩɑ; hozyae C; ęzię Ψ^{D}.

26. opere E* | rustico — 28. ioas] *in ras. brev. spat.* Θ^{A2} | prae·erant D | hezri C; ozri Θ^{H}* | chelub] Θ^{H}*P*; celub Σ^{T}EN; cęlub XD; thelub Θ^{H2A2}P^{2}; cherub Ω^{S}.

27. *tot. vers. in ras.* Θ^{A2} | uinearum quoque Ω^{SJ} | semaias XΣ^{T} | ramathitis U*; romathites DΦΩ^{SJ}ɑɛlʋʒc; samathites Θ^{H} | cellis — aphonites *om.* U | uinaris Y* | zapdias P; zabadias Φ^{R}; zapchas Φ^{V} | aphonites] P*N*; aphonitis Y; aponites Σ^{T}; apphonites Ψ^{D}; aphonnites P^{2}; aphomites Qg; aphonmites AEΘ^{A2}; aphomnites H*; aphonimites N^{2}; saphonites Ω^{M}; saphomites Λ^{L}*ɾ; sapphomites Λ^{L2}; saphomnites XH^{2}.

28. *tot. vers. in ras.* Θ^{A2} | quae] qui C | balanā Ω^{S}ʃʋ; balanam Θ^{H}ʒc; balhanan Ω^{J}; baalhanan g; balan N; banan C† | gadaerites Q^{2}; gadarithes Ω^{SM}; gadderites g; gadarites Λ^{L}Q*; gederites ɑɛlʋʒc; guderites X; dagarites E; gaderitis AU; gaderitus Y | super apoth. au-

---

23. ⟨noluit AC | ⟨quia A | 24. ⟨ioab ACY | ⟨quia A | ⟨et AY | 25. ⟨super ACY | ⟨his ACY | 26. ⟨operi AY | 27. ⟨vinearumque ACY | ⟨cellis ACY | 28. ⟨nam AC.

super apothecas autem olei Ioas
29 porro armentis quae pascebantur in Sarona praepositus fuit Setrai Saronites
et super boves in vallibus Saphat filius Adli
30 super camelos vero Ubil Ismahelites
et super asinos Iadias Meronathites
31 super oves quoque Iaziz Agarenus
omnes hii principes substantiae regis David
32 Ionathan autem patruus David consiliarius vir prudens et litteratus
ipse et Iaihel filius Achamoni erant cum filiis regis
33 Ahitophel etiam consiliarius regis et Husi Arachites amicus regis

---

30. smahelites C; ismaelites Λ^{L}; ismahelitis AD | iadias AΛ^{L}; madias C; iudas D | 32. ipse et C(ęt)Λ^{L}D; ipse est A | erant C(herant)Λ^{L}D; hii erant A.

tem] et super apoth. Θ^{A2}; nam super apoth. Θ^{H} | apotecas X$\Sigma^{T}\Phi^{P}$QΩ^{J}; aphothecas Ψ^{D}; aphotecas Λ^{L}DN | ihoas C; iohas X.

29. armenta U | saron ɾeſvȝc. ¶ hebr. « saron » *Iac.* | setray X; setrahi Ψ^{D}; setrahy C; sethrai Ω^{S}g; sezrai ΘP; setrasy Ω^{J}; setras Φ; setra D; sotrai Y; strai N; sethraius Ω^{M}. ¶ hebr. « sertrehai » uel «sirtrehai », a. « sethiras », grec. « setrai » *Iac.* | saronites] P*Ω^{J2} (o *corr.*); saronithes Ω^{S}; saraonites ΘP^{2}; aronithes Ω^{M}; saronitis U*Y | saphath ACΣ^{T}U^{2}Y $\Psi^{D}\Omega$; sapath U*; satph E | adheli Ω^{M}; addi D$\Phi\Psi^{D}\Omega^{SJ}$; alli ΘP; adlit Q. ¶ al. « abdi », ph. [*pro* plurimi ?] « addi », hebr. « adlai » *Iac.*

30. hubil CP; iubil Ω^{M}; ubil*s Y*; ubi Φ^{O}*U; obi E; bulis Ψ^{D} | ismahelites] Θ^{H}*c (*edd.* 1593 *et* 1598); smahelites CQ; ismaelites Λ^{L}gſvȝc (*ed.* 1592); smaelites XΣ^{T}; hismahelites a; hysmahelites Ω^{S}; hismaelites Ω^{JM}; ismahelitis ADΘ^{H2A}; isma*helitis Y; hismahelitis U | et — meronathites] *haec verba post* agarenus (*v.* 31) *ponit* Σ^{T} | asinas Λ^{L} *cum hebr.* ¶ hebr. « asinas » *Iac.* | iadias] *in ras.* P^{2}; iadas Y*; iudias X; iudas D$\Phi\Omega^{SM}$; madias CΣ^{T}; + uero Ψ^{D}* | maeronathites C; meronathithes Φ^{P}; meronatites XΣ^{T}E^{2}(es *in ras.*)a; meronethites Θ^{A}; mesronathites H; menorathites U^{2} (ra *corr.*); mercnathites Ω^{S}. ¶ « meronathites » uel « meronothites » *Iac.*

31. iazia garenus Ψ^{D}; iaziza iarenos D | ioziz X; aziz $\Phi^{P}\Theta^{H}$; azyz C; iazir Ω^{M}; iazin Ω^{J} | agarinus E*; agareus c; azarenus PN | ∿ dauid regis Ω *cum LXX.*

32. ihonathan C; ionatan Σ^{T} | autem *om.* E | uir] ut N; + potens et Ω^{SM} | et (*ante* iaihel)] est AE*U | iahihel Φ^{R}Ea; iahi*hel P; iahyhel C; hiahihel Ψ^{D}; iahiel DΦ^{OP}UΩ^{J}gɾeſvȝc; iaiel Σ^{T}; ahiel X; iohiel Ω^{M}; iathel Q | achamoni] P^{2} (*alt.* a *in ras.*); hachamoni ɾeſv ȝc; acamoni Λ^{L}DE; achomoni Y; acomoni XΣ^{T}; achimoni Φ; sachamoni U | erant] *praem.* hi Θ^{H}*P^{2}U* *cum Rab. Mauro in I Par. 27*; *praem.* hii AΘ^{A}U^{2}.

33. ahitophel = AΛ^{L}DΘ^{H*A}; ahitofel Y; ahithophel Q*; aitophel N; achitophel CΦ^{VP}E$\Theta^{H2}\Psi^{D}\Omega$agreȝc; achi-tophel Iv; achitofel Φ^{RG}PHU; acitofel XΣ^{T}; acithophel Q^{2} | etiam consil. regis *om.* D | etiam] ethā U; autem P | husi = Λ^{L} DΦ^{RGV}HY; husy C; usi AΦ^{P}E*; chusi NQU$\Psi^{D}\Omega$ag; husay X; usai E^{2}; chusai ΘPɾeſvȝc; cusai Σ^{T}. ¶ hebr. « husai » *Iac.* | aracites XΣ^{T}; aracithes Q; araehites Ψ^{D}; arathites D*; archites NY | amici Q.

⟨super AY | 29. ⟨porro AC | ⟨et AY | 30. ⟨super ACY | ⟨et super AY | 31. ⟨super AC Y | ⟨omnes AY | 32. ⟨ionathan ACY | ⟨erant A | 33. ⟨ahitophel ACY | ⟨et Y.

34 post Ahitophel fuit Ioiada filius
Banaiae et Abiathar
princeps autem exercitus regis
erat Ioab
XXVIII. 1 convocavit igitur David
omnes principes Israhel
duces tribuum et praepositos tur-
marum qui ministrabant regi
tribunos quoque et centuriones
et qui praeerant substantiae et
possessionibus regis
filiosque suos cum eunuchis et
potentes et robustissimos quos-
que in exercitu Hierusalem
2 cumque surrexisset rex et stetisset
ait
audite me fratres mei et populus
meus
cogitavi ut aedificarem domum
in qua requiesceret arca foe-
deris Domini et scabellum pe-
dum Dei nostri et ad aedifi-
candum omnia praeparavi
3 Deus autem dixit mihi
non aedificabis domum nomini
meo eo quod sis vir bellator
et sanguinem fuderis
4 sed elegit Dominus Deus Israhel
me de universa domo patris
mei ut essem rex super Israhel
in sempiternum
de Iuda enim elegit principes
porro de domo Iuda domum pa-
tris mei

XXVIII. 1. filiosque CD(-quae); filios quoque AΛ^{L} | quosque CΛ^{L}D; quoque A | 4. elegit (*1°*) C(hel.)Λ^{L}; elegerit AD | de iuda AΛ^{L}D; de iudea C.

34. post] *praem.* et Ω^{S} *cum hebr. et LXX* | ahitophel = AΛ^{L}Θ^{H*A}; ahitofel Y; ahithophel Q*; aitophel N; achitophel CDΦ^{VP}Θ^{H2}Ψ^{D}Ωagresc; achi-tophel lv; achitofel Φ^{RG}EPHU; acitofel XΣ^{T}; acithophel Q^{2} | ihoiada C; ioada DΦ^{GP} E*; ioda Φ^{V}; ioiade XΩ^{M} | banaie XU Ω^{S}a; banaia ΦΩ^{J}; banania Ω^{M}; banae Q | habiathar D; abyathar Ω^{S}; abathar Σ^{T}* | regis *om.* E | ihoab C; iab Θ^{H}*.

XXVIII. 1. igitur] autem Σ^{T} | srahel C; srhl XΣ^{T}; israel grelvsc; isrl Φ^{RGV}EPHΨ^{D}Ω; srl Λ^{L}; isl D; irl NU; + et P *cum Rab. Mauro in I Par. 28* | quoque *om.* Φ^{R} | et (*ante* qui) *om.* DΦ P*Ψ^{D} | et (*ante* possess.) *om.* U | filiosque] Θ^{H}*P*; filios quoque AΛ^{L}EΘ^{H2A}P^{2} QUw | quosque] quoque AQU | exercitu] ¶ al. hebr. et ant. non habent « exercitu », al. ant. habent *Iac.* | hyerusalem U; iherusalem a; ihrslm Λ^{L}XΣ^{T}; ierusalem grelvsc; ierlm Ψ^{D}Ω; srhl C; *praem.* in Q.

2. aedificarem] D†; aedificarent D^{1} | domum + domini Ω^{S} | scabillum DΦ^{V} NUY* | pedum *om.* DQ; + domini ae, *cf. LXX*; + ** Φ^{G} | et (*ante* ad) *om.* Φ P*Ω^{SM} | ad *om.* E*N.

3. deus autem] et deus E*; set deus E^{2} | aedificabis + mihi Q | nomine U | uir *om.* D | effuderis EQ; fudens X.

4. elegerit ADU; delegerit E*; *praem.* et agr | srahel C; isrhl Q; srhl XΣ^{T}; israel relvsc; isral E; isrl AΦ^{RV}HNYΨ^{D} Ωg; srl Λ^{L}; isl D; irl U | me *om.* Q | domu Φ^{VP}E*; domum U | srahel C; isrhl Q; srhl XΣ^{T}; israel grelvsc; isrl AΦ^{RV} PHNYΩa; srl Λ^{L}; irl U; *om.* Ψ^{D} | iudaea N; iudea C | eligit U | principem Ω^{J}r, *cf. hebr. et LXX.* ¶ non est ibi « principem » sed « principes » iuxta ant. et hebr. quod est « ad principandum » uel « ad essendum principem » *Guill.* hebr. ant. « principem » *Iac.* | domu iuda Φ^{V}; doida Ω^{J}* | domum] de domo U | *eli-

---

34. ⟨princeps AY.

XXVIII. 1. ¶ convocavit XXII. CXΣ^{T}Θ^{H}; XXVIII. Ω^{SJ}; *Div. sine num.* NΩ^{M}; ⟨convocavit AY | ⟨duces A | ⟨tribunos A | ⟨et qui Y | ⟨filiosque AY | 2. ⟨cumque ACY | ⟨audite A | ⟨cogitavi AY | ⟨et ad A | 3. ⟨deus AY | ⟨non A | 4. ⟨sed AY | ⟨de iuda AY | ⟨porro A.

et de filiis patris mei placuit ei
ut me eligeret regem super
cunctum Israhel
5 sed et de filiis meis
filios enim multos dedit mihi Do-
minus
elegit Salomonem filium meum
ut sederet in throno regni Do-
mini super Israhel
5 dixitque mihi
Salomon filius tuus aedificabit
domum meam et atria mea
ipsum enim elegi mihi in filium
et ego ero ei in patrem
7 et firmabo regnum eius usque
in aeternum
si perseveraverit facere praecepta
mea et iudicia sicut et hodie
8 nunc igitur coram universo coetu
Israhel audiente Deo nostro
custodite et perquirite cuncta
mandata Domini Dei nostri
ut possideatis terram bonam et
relinquatis eam filiis vestris post
vos usque in sempiternum
9 tu autem Salomon fili mi scito
Deum patris tui et servi ei
corde perfecto et animo vo-
luntario
omnia enim corda scrutatur Do-
minus et universas mentium
cogitationes intellegit
si quaesieris eum invenies
si autem dereliqueris illum pro-
iciet te in aeternum
10 nunc ergo quia elegit te Dominus
ut aedificares domum sanc-
tuarii confortare et perfice

---

8. deo CΛ^{L}D; domino deo A | 9. illum CΛ^{L}D; eum A.

geret Θ^{A2} (*pr.* e *in ras.*) | regem *om.* X | srahel C; srhl XΣ^{T}; israel grelbgc; isrl Φ^{RGV}Θ^{H}PHQYΨ^{D}Ω; srl Λ^{L}; isl D; irl N U; *praem.* in P.

5. sed] sicut Φ^{RG} | enim *om.* Ω^{S} | multos + enim A* | ∿ mihi multos dedit agrelgc | dominus] deus Σ^{T} *cum aliq. codd. graec. minusc.* | ∿ filium meum salomonem N | sederit U | thronum Ψ^{D} | srahel C; srhl XΣ^{T}; israel grelbgc; isrl Φ^{RV}EHNQΨ^{D}Ω; srl Λ^{L}; isl D; irl U.

6. mihi + dominus Y, *cf. LXX* | aedificabit + mihi Θ | atria] altaria Φ Ω | enim *om.* N | elegit D; elige E* | in (*I°*) *om.* Φ^{R2}.

7. perseuerarit Λ^{L}; perseuerauerat N* | et (*3°*) *om.* Aw, *cf. LXX.*

8. igitur] ergo agrelgc | srahel C; isrhl Q; srhl XΣ^{T}; israel Ω^{J}grelbgc; isrl Φ^{RV}EPHNYΨ^{D}Ω^{SM}; srl Λ^{L}; isl D; irl U | deo nostro] P*; domino nostro Θ^{H2} N; domino deo nostro AXΘ^{H*A}P^{2}HQU Ψ^{D}; deo meo Ω. ¶ hebr. et ant. habent « deo nostro » *Guill.* | nostri] uestri ɾ *cum hebr.* | bonam *om.* Φ^{R} | relinquetis P* | ea D*ΦNY. ¶ ant. habent « ea » non habent « eam » *Guill.* | uestris] nostris a.

9. salamon Σ^{T}Φ^{V†} | filii mi A; *om.* D *cum cod. graeco* B | seruito gc | animo] *praem.* in Ψ^{D} | corda — uniuersas] *in ras.* Ω^{J2} | corda *om.* Ψ^{D} | deus P | cogitationes *om.* U | ∿ cogitationes mentium Ω^{SM*}, *cf. Aug. de gr. et lib. arb. II* | eum] illum Ω^{J}; *om.* N* | illum] Θ^{H*}; eum AXΘ^{H2}NQΩarelbgc *cum Aug. l. c.*

10. ergo] autem Θ^{H*}; quoque Ω^{S} | quia] qui E*H* | perfice] profice Ω^{M}.

⟨et A | 5. ⟨sed AY | ⟨elegit Y | ⟨ut A | 6. ⟨dixitque AY | ⟨salomon A | ⟨ipsum AY | 7. ⟨et AY | ⟨si A | 8. ⟨nunc ACY | ⟨custodite Y | ⟨ut A | ⟨et AY | 9. ⟨tu ACY | ⟨et servi A | ⟨omnia AY | ⟨et Y | ⟨si quaesieris AY | ⟨si autem A | 10. ⟨nunc ACY.

[11] dedit autem David Salomoni filio suo descriptionem porticus et templi et cellariorum et cenaculi et cubiculorum in adytis et domus propitiationis
[12] necnon et omnium quae cogitaverat atriorum et exedrarum per circuitum in thesauros domus Domini et in thesauros sanctorum
[13] divisionumque sacerdotalium et leviticarum in omnia opera domus Domini et in universa vasa ministerii templi Domini
[14] aurum in pondere per singula vasa ministerii
argenti quoque pondus pro vasorum ad opera diversitate
[15] sed et ad candelabra aurea et ad lucernas eorum aurum pro mensura uniuscuiusque candelabri et lucernarum
similiter et in candelabris argenteis et in lucernis eorum pro diversitate mensurae pondus argenti tradidit
[16] aurum quoque dedit in mensas propositionis pro diversitate mensarum
similiter et argentum in alias mensas argenteas

---

11. salomoni filio suo AΛ^{L}D; filio suo salomoni C | in adytis A; in aditis D; in a*ditis Λ^{L2}; in abditis C | 12. et in thesauros CΛ^{L}(tes.)D(thens.); in thesauris (et *om.*) A | 14. ad opera AD; et hoperum C; atque operum Λ^{L} | 15. ad (*1°*) AΛ^{L}; *om.* CD | ad (*2°*) AΛ^{L}D; *om.* C | in (*2°*) AΛ^{L}D; *om.* C | 16. mensarum CΛ^{L}; mensurarum A; mensurae D.

11. salomon X | ∼ filio suo salomoni CΣ^{T} | et (*1°*) *om.* U | in] et U | aditis XΣ^{T}DΦ^{RG}E*ΘPHΨ^{D}Ω^{JM}ɑ; a*ditis Λ^{L2} (a *in ras.*); abditis CE^{2}UΩ^{S}; additis Q | propitiat.] propositionis Φ^{R}.

12. omnia U* | cogitauerit U† | atriorum] *praem.* in U | et *om.* E | exadrum A | thesauro (*1°*) E; thesauris ΘP^{2} (i *in ras.*) | dei ɾ *cum hebr.* | et *om.* A E* | thesauro (*2°*) E; thesauris AΘP^{2} (i *in ras.*).

13. diuisionumque] Θ^{H}*; diuisionesque X; diuisionemque EΘ^{H2}HΨ^{D}Ω^{S}; diuisionem U | sacerdotalium] E*; sacerdotum E^{2}Ω^{S}, *cf. hebr. et LXX* | leuitarum EΩ^{S}, *cf. hebr. et LXX* | in *om.* X | omni P* | et in — domini *om.* U | et *om.* E | uasa ministeri C; ministeria HY.

14. auro X; auri Ω^{SJ}; + et ɡ | in *om.* Q | pondera Φ^{V}*Θ^{H}* | pondus *om.* Ω^{SJ} | ad opera diuersitate = AXΣ^{T}DE^{2} Θ^{H2}HNUYΨ^{D}; ad operam diuersitate E*; ad operis diuersitate Θ^{H}*^{A}; ad operum diuersitatem Φ^{VP}; ad operum diuersitate Φ^{RG}PQ; ac operum diuersitate Ω^{J} *cum Rab. Mauro in I Par. 28*; atque operum diuersitate Λ^{L}; et operum diuersitate C(hop.)Ω^{SM}ɑɡɾɛlʋʒc.

15. et (*1°*) *om.* Θ^{A} | ad (*1°*)] in ɑɡɛl ʋʒc; *om.* CXDΦ^{GP}E*QUYΨ^{D} | et (*2°*) *om.* Ω^{S} | ad (*2°*) *om.* CQ^{2}U | earum C; *om.* ɑɡ | et (*4°*) *om.* XH | in candelabra argentea ɑɾɛlʋʒc | in (*2°*) *om.* CQΨ^{D} | lucernas ɾɛlʋʒc; lucerna ɑ | earum U* | mensurarum Q | tradidit] distribuit Φ^{R}.

16. mensas] P^{2} (*alt.* s *in ras.*); mens**as E; mensam ΦΩ; mensa D^{2}; mensuras Q; mensura D* | mens**arum E; mensurarum AΘP^{2}Ψ^{D}; mensur(a)e D ΦP*(*ut vid.*)QΩ | in] et Ω^{S}* | alias] P^{2} (as *in ras.*) | mensuras Q | argenteas *om.* Ψ^{D}.

---

11. ¶ dedit XXIX. X; § dedit Ω^{M}; ⟨dedit ACY | ⟨et cellariorum Y | ⟨et domus Y | 12. ⟨necnon A | ⟨et exedrarum A | 13. ⟨divisionumque AY | 14. ⟨aurum AY | ⟨argenti AY | 15. ⟨sed AY | ⟨similiter AY | 16. ⟨aurum AY | ⟨similiter AY.

17 ad fuscinulas quoque et fialas et turibula ex auro purissimo et leunculos aureos
pro qualitate mensurae pondus distribuit in leunculum et leunculum
similiter et in leones argenteos diversum argenti pondus separavit
18 altari autem in quo adoletur incensum aurum purissimum dedit
ut ex ipso fieret similitudo quadrigae Cherubin extendentium alas et velantium arcam foederis Domini
19 omnia inquit venerunt scripta manu Domini ad me ut intellegerem universa opera exemplaris
20 dixit quoque David Salomoni filio suo
viriliter age et confortare et fac ne timeas et ne paveas
Dominus enim Deus meus tecum erit et non dimittet te nec derelinquet
donec perficias omne opus ministerii domus Domini
21 ecce divisiones sacerdotum et levitarum in omne ministerium domus Domini adsistunt tibi
et parati sunt et noverunt tam principes quam populus facere omnia praecepta tua

---

18. altari AΛ^{L}; altario C; altaria D | adoletur AΛ^{L}D; adoleretur C | ut AD; et ut C(hut)Λ^{L} | 20. erit C(her.)D; est AΛ^{L}.

17. turabula DN; tribula Ψ^{D}; *praem.* in Φ^{R2} | leuncolas aureas (aureus U*)U | in *om.* D* | similiterque et Φ; similiterque Ω | in *om.* Y | argentum U | ∿ pondus argenti Ω^{M}.

18. altari] P*; altario CΣ^{T}; altare Q; ad altare Θ^{H*A}P^{2}; altaria XDΦ^{P} | in quo] quod Q | adoleretur CQg; adolebatur Ω^{SM}; adolebat ΦP* | auro (-ri U*) puro U | auri P* | dedit + et CΛ^{L}Σ^{T} HQYΩ^{SM}ɑgɾe, *cf. hebr., LXX et Rab. Maur. in I Par. 28* | fieret + et XH, *cf. hebr., LXX et* Λ^{LH} (*marg.*) | cherubī Ω^{M}; cherubim XDΦ^{RVP}Hgɾeſvʒc; cherubim N; cherubyn CΩ^{S}; cerubin Θ^{H}; cerufin Σ^{T}; *praem.* et Φ^{R} | alas et uelantium *om.* N.

19. scripta + in Ω^{S} | ∿ manu domini scripta Θ^{H*}; ∿ manu scripta domini Θ^{H2} | uniuersa] omnia Θ^{H*} | exemplariis Σ^{T}.

20. solomoni DU | et fac — paueas] *in ras. brev. spat.* Φ^{R2} | et ne] neque Σ^{T}Θ^{H*A}P^{2}; ne P* | pauescas C | meus *om.* Q | ∿ meus deus Ω^{M} | erit] est A Λ^{L}EUw | ∿ erit tecum Θ | dimittet te nec derel.] relinquet te Ω^{M} | demittet Φ^{V} U | nec derelinquet donec] *in ras. et marg.* Ω^{J1} | neque Θ^{A}; et non Ω^{S} | derelinquet] U*; derelinquid U^{2}; + te Φ Ψ^{D}Ω^{J1} *cum hebr.* | domus *om.* N.

21. ecce — domini *om.* E; *praem.* et C *cum hebr. et LXX* | leuiticarum Φ^{P} | omnem Q | misterium X; opus ministerii DΦP(-ri P*)Ψ^{D}Ω | domus dei gɾ *cum hebr. et plur. codd. graec.*; *om.* Φ^{P} | adsistent DΦ^{VP}P*; assistent Φ^{RG}Ω | facere *om.* ɑe | omnia *om.* Ω^{S}*.

---

17. ⟨ad AY | ⟨et leunculos Y | ⟨pro A | ⟨similiter AY | 18. ⟨altari ACY | ⟨ut AY | 19. ⟨omnia ACY | ⟨ut A | 20. ⟨dixit ACY | ⟨viriliter A | ⟨dominus AY | ⟨nec Y | ⟨donec A | 21. ⟨ecce AY | ⟨et parati AY.

XXIX. [1] locutusque est David rex ad omnem ecclesiam
Salomonem filium meum unum elegit Deus adhuc puerum et tenellum
opus autem grande est neque enim homini praeparatur habitatio sed Deo
[2] ego autem totis viribus meis praeparavi inpensas domus Dei mei
aurum ad vasa aurea et argentum in argentea aes in aenea ferrum in ferrea lignum ad lignea
lapides onychinos et quasi stibinos et diversorum colorum
omnem pretiosum lapidem et marmor parium abundantissime
[3] et super haec quae obtuli in domum Dei mei de peculio meo
aurum et argentum do in templum Dei mei
exceptis his quae paravi in aedem sanctam
[4] tria milia talenta auri de auro Ophir
et septem milia talentorum argenti probatissimi ad deaurandos parietes templi

---

XXIX. 1. dauid rex Λ^{L}D; rex dauid C; dauid rex et A | et tenellum Λ^{L2}D; et tenerolum C; et tellum Λ^{L*}; tenerum (et *om.*) A | 2. dei AA^{L}D; domini dei C | 3. dei (*I°*) AA^{L}D; domini dei C | sanctam CΛ^{L}D; sanctorum A.

XXIX. 1. rex *om.* X; + et ANY | ∼ rex dauid C$\Sigma^{T2}\Theta^{H}$HQΩ^{SJ} | solomonem Ω^{J}; salamonem Θ^{H} | meum] suum Ω^{M} | unum *om.* Ω^{SM}. ¶ « filium meum unum » *Hug.* hebr. ant. « unum » *Iac.* | deus] dominus Yαe *cum LXX* | et *om.* AE* U | tenerum AΘ^{H*A}U, *cf.* Λ^{L} (*marg.*, tener); tenerellum E*; tenerolum C; tellum Λ^{L*} | autem] Θ^{H*}; enim D$\Phi\Theta^{H2}$PN $\Psi^{D}\Omega^{SM}$αgreſ; namque ȝc. ¶ « opus autem grande » *Hug.* « opus enim grade (*sic*) est neque enim homini » et antiquiores et satis ant. bis habent « enim » *Guill.* | nec A | enim *om.* Ω^{SJM2} | preparauitur C; preparauit Ψ^{D}; ƥparat** E*; ƥparat P*; paratur Ω^{S} | habitatio *om.* E* | deo] *praem.* domino ℣ *cum hebr. et LXX.*

2. autem] enim αe | inpensas] Λ^{L2} (sas *in ras.*); in mensas C; *praem.* in X HNQΨ^{D} | dei] *praem.* domini C$\Sigma^{T}\Theta^{A}$P^{2} Ω^{J}*αe. ¶ « domini » *del. Iac.* | et *om.* Ω | argentea + et Ω^{J} *cum hebr. et aliq. codd. graec. minusc.* | aenea] aerea HQUY; erea X$^{2}\Omega^{S}$; area X* | lignum] ligna Λ^{L}X DΦPHY$\Psi^{D}\Omega^{J}$αgreſȝc *cum hebr. et LXX* | ad] in XY | lignea + et reſȝc *cum aliq. codd. graec. et* Λ^{L}(*marg.*) | onichinos DU^{2} (*alt.* o *corr.*)$\Psi^{D}\Omega$α; onychynos Φ^{P}; onichynos XΦ^{V}; on*chynos E; onicinos Σ^{T}; unychinos Y*; hunichynos C | stibinos] Θ^{A2} (*alt.* i *in ras. lat. spat.*); istibinos U; istabinos E; tibinos Ψ^{D} | omnemque αreſ ȝc *cum hebr. et LXX* | lapidum Q | marmor parium] marmorarium D | marmur Q; marmor* Θ^{H}; marmore Θ^{A*}; marmorum X | parium] parietum E*; paraui Ω^{S}.

3. domo P*Ψ^{D}; + domini C$\Sigma^{T}\Theta^{A}$ *cum aliq. codd. graec. minusc.* | peculiolo P; periculo E* | meo *om.* Ω^{S} | templum] U*; templo QU^{2}Y; domum Ω^{M}, *cf. hebr. et LXX* | ∼ aurum et argentum do in templum dei mei que optuli in domum dei mei de peculio Ω^{S} | exceptis] *praem.* et Ω^{J}* | paraui = CΣ^{T}EΘ^{A}H*N^{2}Q; parui A; pr(ae)paraui H^{2}N* *cum rell. codd. et edd.* | aedem] eadem P* | sanctorum AΘ^{A} *cum LXX.*

4. talenti D | ofir Σ^{T}; ophyr CΛ^{L} $\Phi^{VP}\Theta^{H}$HQΩ^{SM} | septem] VI X | ad deaurandas α; et ad deaurando U | parietas U | templi + dei X.

XXIX. 1. ¶ locutusque XXIII. Θ^{H}; XXIX. Ω^{SJ}; § locutusque Ω^{M}; ⟨locutusque ACY | ⟨salomonem ACY | ⟨opus AY | 2. ⟨ego AY | ⟨aurum AY | ⟨lapides AY | ⟨omnem AY | 3. ⟨et AY | ⟨aurum Y | ⟨exceptis A | 4. ⟨tria AY | ⟨et A | ⟨ad A.

5 et ubicumque opus est aurum de auro
et ubicumque opus est argentum argenti opera fiant per manus artificum
et si quis sponte offert impleat manum suam hodie et offerat quod voluerit Domino
6 polliciti sunt itaque principes familiarum et proceres tribuum Israhel
tribuni quoque et centuriones et principes possessionum regis
7 dederuntque in opera domus Dei auri talenta quinque milia et solidos decem milia
argenti talenta decem milia et aeris talenta decem et octo milia
ferri quoque centum milia talentorum
8 et apud quemcumque inventi sunt lapides dederunt in thesaurum domus Domini per manum Ieihel Gersonitis
9 laetatusque est populus cum vota sponte promitterent quia corde toto offerebant ea Domino
sed et David rex laetatus est gaudio magno 10 et benedixit Domino coram universa multitudine et ait
benedictus es Domine Deus Israhel patris nostri ab aeterno in aeternum

---

5. et (*1°*) AΛ^{L}D; ut C | argenti opera fiant AΛ^{L}D; de argenti hopera fiat C | sponte offert AΛ^{L}D; hofferet sponte C | 7. dei Λ^{L}D *cum aliq. codd. et hebr.*; domini AC | 8. gersonitis CΛ^{L}D^{2}; gersonites A; *ersonites D*.

5. et] Θ^{H}*; ut CXΣ^{T}Θ^{H2}HNΨ^{D}Ω^{M}; *om.* UΩ^{J} *cum hebr. et LXX* | aurum — est *om.* Φ^{VP}P*N* | opus est *om.* Σ^{T}Y | est *om.* Λ^{L} | argentum] argento Q | argenti] de argenti C; de argento Σ^{T}ɑgrɛlʊʒc | fiunt U*; fiat C | si quis] qui E | hofferet C; offerat U | ∿ (offert) sponte C Σ^{T} | suam] tuam A | uoluerit] Σ^{T2} (i *in ras.*); uoluerat Ψ^{D}.

6. solliciti Ω^{M} | itaque] ergo C; autem Q | tribum D | srahel C; isrhl Q; srhl XΣ^{T}; israel Ω^{JM}rɛlʊʒc; isrl Φ^{RV}EPHNYΨ^{D}Ω^{S}ɡ; srl Λ^{L}; isl D; irl U | centurionis E*U* | principes + principum Φ^{RVP}PΨ^{D}Ω^{S}ɑɛl; + et principum Φ^{G}. ¶ « principum » *del. Hug.* ant. « et principes principium (*sic*) ... », alii iuxta modernum hebr. non interponunt « principum », sed nec grecus interponit *Guill.*

7. in *om.* X* | dei] Θ^{H}*; domini A CXΣ^{T}EΘ^{H2A}PHUYΩɑɛlʊʒ *cum LXX et Rab. Mauro in I Par. 29* | auro Φ^{V}* | milia *om.* A | soledos E*N (-us N*) | milium A | argentum U^{2} (ũ *sup. lin.*) | ∿ milia et octo Ψ^{D}* | ferrum Q | centum] decem E^{2}Y; decim E* | milium A.

8. sunt *om.* A | thesauros U*ɑrɛlʒc *cum LXX* | iheihel C; iheyhel X; iehiel Ω^{M}ɡ; iehihel Φ^{P}Θ^{H2}Ω^{J}ɑ; ie*hel E*; iaeihel U^{2}; iahiel rɛlʊʒc; iaiel U*; mihehiel Σ^{T}; iehileth P; zehihel D; gehiel H; gethel Θ^{H}*; *om.* Ω^{S} | gersonitis] P*; gersonites AΘ^{H*A}P^{2}U; *ersonites D*.

9. uota + sua ΘP^{2}, *cf. hebr.* | promitteret N* | quia] qui Y | ∿ toto corde UΩ^{SJ} | afferebant ɑ | ea *om.* Y* | laetatus] locutus P*.

10. benedictus es dom.] benedictus dominus C | srahel C; isrhl Q; srhl X Σ^{T}; israel ɡrɛlʊʒc; isrl Φ^{RV}PHNYΨ^{D}Ω; srl Λ^{L}; isl D; irl U | aeterno + et usque Q, *cf. hebr. et LXX*; + et Σ^{T}.

---

5. ⟨et ubicumque (*1°*) AY | ⟨et ubicumque (*2°*) A | ⟨et si AY | 6. ¶ polliciti XXIII. CXΣ^{T}; ⟨polliciti AY | ⟨tribuni AY | 7. ⟨dederuntque AY | ⟨argenti AY | ⟨ferri AY | 8. ⟨et AC | ⟨dederunt Y | 9. ⟨laetatusque AY | ⟨quia A | ⟨sed AY | 10. ⟨et benedixit A | ¶ benedictus *Div. sine num.* N; ⟨benedictus ACY.

11 tua est Domine magnificentia et potentia et gloria atque victoria et tibi laus
cuncta enim quae in caelo sunt et in terra tua sunt
tuum Domine regnum et tu es super omnes principes
12 tuae divitiae et tua est gloria
tu dominaris omnium
in manu tua virtus et potentia
in manu tua magnitudo et imperium omnium
13 nunc igitur Deus noster confitemur tibi et laudamus nomen tuum inclitum
14 quis ego et quis populus meus ut possimus haec tibi universa promittere
tua sunt omnia et quae de manu tua accepimus dedimus tibi
15 peregrini enim sumus coram te et advenae sicut omnes patres nostri
dies nostri quasi umbra super terram et nulla est mora
16 Domine Deus noster omnis haec copia quam paravimus ut aedificaretur domus nomini sancto tuo de manu tua est et tua sunt omnia
17 scio Deus meus quod probes corda et simplicitatem diligas
unde et ego in simplicitate cordis mei laetus obtuli universa haec
et populum tuum qui hic repertus est vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria

---

13. confitemur tibi et laudamus $\Lambda^{L}D$; confitebimur et laudamus A; confiteuimur tibi et laudauimus C | 14. et (*I°*) $A\Lambda^{L}D$; aut C | dedimus $A\Lambda^{L}D$; damus C | 15. super terram $A\Lambda^{L}D$; super terra C | 16. aedificaretur $A\Lambda^{L}D$; ędificetur C.

11. tua est] tu es E*; + enim H | et potentia] et potestas $\Phi^{G}P\Omega$; *om.* Ψ^{D} | in terra] *praem.* qu(a)e $X\Phi^{RG}\Theta^{H*A}P^{2}$ $Q\Omega^{M}$.

12. tuae + sunt Σ^{T2} | est *om.* Q *cum hebr. et LXX* | ∼ gloria est Ω^{S} | dominans $D\Phi^{RGV}\Psi^{D}$ *cum hebr.* | omnibus X | in (*I°*) — potentia *om.* E | potentia] potestas Φ^{R}; sapientia P | magnitudinem U^{1} (-ni $U^{\dagger}$) | omnium *om.* $\Phi^{G}P*$.

13. deus] domine deus Σ^{T} | confitemus Ψ^{D}; confitebimur $AE*\Theta^{H*A}QUY$ Ω^{S}; confiteuimur C. ¶ hebr. ant. « confitemur » *Iac.* | tibi *om.* A | laudabimus Q; laudauimus C.

14. ego] *praem.* ergo E; + sum Q *cum LXX* | et] aut CU | haec *om.* D | ∼ tibi haec uniuersa $\Sigma^{T}\Phi\Theta^{H}P\Psi^{D}\Omega^{SM}$; ∼ tibi uniuersa hec Ω^{J} | et *om.* Ω^{M} | accipimus Q | damus $C\Sigma^{T}$.

15. peregrinati Ψ^{D} | coram te *om.* X | quasi] sicut E | super terra CNQ | et *om.* Ω^{S} | nulla] non E, *cf. hebr. et LXX.*

16. haec *om.* Φ^{P} | ut aedif. domus *om.* E | aedificetur $C\Theta^{H*A}$ | nomine U | tuo *om.* Ψ^{D} | ∼ tuo sancto Θ^{A}.

17. scio] Q*; scito $\Phi^{RGP}P*Q^{2}$ | deus meus] deus noster X; domine deus Ω^{SM}, *cf. LXX* (κύριε). ¶ « domine » *del. Hug.* hebr. ant. « deus meus » *Iac.* | quo U* | probas X | diligis Φ^{P} | unde + benedico D* | semplicitate] U^{1} (e *in ras.*); simplicitatem $\Phi^{G}NQY$ | laetatus $\Phi^{RG}P*$ | uide A; + unde U | offerri $\Phi^{G}*$.

---

11. ⟨tua AY | ⟨cuncta AY | ⟨tuum A | ⟨et Y | 12. ⟨tuae A | ⟨tu A | ⟨in (*I°*) AY | ⟨in (*2°*) A | 13. ⟨nunc AY | 14. ⟨quis ego ACY | ⟨tua sunt AY | 15. ⟨peregrini AY | ⟨dies AY | 16. ⟨domine AY | 17. ⟨scio AY | ⟨unde AY | ⟨et populum AY.

18 Domine Deus Abraham et Isaac
et Israhel patrum nostrorum
custodi in aeternum hanc voluntatem cordis eorum
et semper in venerationem tui
mens ista permaneat
19 Salomoni quoque filio meo da
cor perfectum ut custodiat mandata tua testimonia tua caerimonias tuas
et faciat universa et aedificet
aedem cuius inpensas paravi
20 praecepit autem David universae
ecclesiae benedicite Domino
Deo nostro
et benedixit omnis ecclesia Domino Deo patrum suorum
et inclinaverunt se et adoraverunt
Deum et deinde regem
21 immolaveruntque victimas Domino et obtulerunt holocausta
die sequenti
tauros mille arietes mille agnos
mille cum libaminibus suis et
universo ritu abundantissime
in omnem Israhel
22 et comederunt et biberunt coram
Domino in die illo cum grandi
laetitia
et unxerunt secundo Salomonem
filium David

---

18. in uenerationem AΛ^{L}D; in ueneratione C | 19. testimonia tua Λ^{L}D; et testimonia tua A; et testimonia tua et C | 20. dauid CΛ^{L2}D; dauid et AΛ^{L*} | 21. arietes AΛ^{L}; et arietes C(har.)D | libaminibus CΛ^{L}D; libanis A | 22. cum grandi laet. AΛ^{L2}D (let.); cum grande laet. CΛ^{L*}.

18. et *om.* XE *cum hebr.* | isahac C; ysaac Ψ^{D}Ωa; ysahac X; + et iacob X | srahel C; isrhl Q; srhl XΣ^{T}; israel Ω^{J}grelvsc; isrl AΦ^{RVP}EPHNYΩ^{SM}; srl Λ^{L}; isl D; irl U | ∿ in eternum custodi Ω^{SJ} | in ueneratione CΘ^{H*A}Pgr | tui] tuam Q | ista] ita E*.

19. solomonem quoque filium meum U*; solomoni quoque filio meo U^{2} | salamoni Σ^{T}Θ^{H}; salomon a | corde C | perfecto D | testim. tua = Λ^{L}DEΘ^{H}HNY; et testim. tua AΘ^{A}QU; testim. tua et relvsc *cum hebr.*; et testim. tua et CXΦ^{RGV}PΨ^{D}Ωag *cum LXX*; et testim. et Σ^{T}Φ^{P} | faciet P* | aedificaret Φ^{V}.

20. praecepit] p̄cepta N | autem] ergo U | uniuersa Q; *praem.* et AΛ^{L*}E*H*Y | deo] domino U* | uestro r *cum hebr. et pauc. codd. graec. minusc.* | deo (2°) *om.* E | deum] dominum r *cum hebr., LXX et Rab. Mauro in I Par. 29* | et *om.* DΦ^{GVP}P*Ωg | inde A.

21. domino] deo Ω^{M} | obtulerunt — israhel] *brev. spat.* Φ^{R1} | arietes mille *om.* XH*; *praem.* et CDΦPH^{2}Ψ^{D}Ω *cum Rab. Mauro l. c.* | agnos] *praem.* et DΦP*Ψ^{D}Ω *cum Rab. Mauro l. c.* | libaminis E*; libanis A | suis *om.* Λ^{L*} | in omne E*; in omni E^{2} | srahel C; isrhl Q; srhl XΣ^{T}; israel Ω^{J}grelvsc; isrl Φ^{R1GV}EPHNΨ^{D}Ω^{SM}; srl Λ^{L}; isl D; irl U.

22. in *om.* C; *praem.* et D | illa XΦPΨ^{D}Ω | ∿ in die illa coram domino Ω^{J} | cum] in Ω^{SM} | grande CΛ^{L*}DΘ^{H}QU* | ∿ lętitia grande Q | secundum D; deo X | autem *om.* P*; + eum CΛ^{L}XΣ^{T}E^{2}arelsc *cum LXX et Rab. Mauro l. c.*

---

18. ⟨domine AY | ⟨custodi A | ⟨et AY | 19. ⟨salomoni ACY | ⟨ut A | ⟨et faciat Y | ⟨et aedificet A | 20. ⟨praecepit ACY | ⟨et benedixit AY | ⟨et inclinaverunt AY | 21. ⟨immolaveruntque AY | ⟨tauros AY | ⟨et Y | 22. ⟨et comederunt AY | ⟨et unxerunt AY.

unxerunt autem Domino in principem et Sadoc in pontificem
23 seditque Salomon super solium Domini in regem pro David patre suo
et cunctis placuit et paruit illi omnis Israhel
24 sed et universi principes et potentes et cuncti filii regis David dederunt manum et subiecti fuerunt Salomoni regi
25 magnificavit ergo Dominus Salomonem super omnem Israhel
et dedit illi gloriam regni qualem nullus habuit ante eum rex Israhel
26 igitur David filius Isai regnavit super universum Israhel
27 et dies quibus regnavit super Israhel fuerunt quadraginta anni
in Hebron regnavit septem annis
et in Hierusalem triginta tribus
28 et mortuus est in senectute bona plenus dierum et divitiis et gloria
regnavitque Salomon filius eius pro eo

---

22. autem domino AD; autem eum domino Λ^{L}; autem eum dominum C | 23. pro CΛ^{L}D; et pro A | paruit CΛ^{L}D; parauit A | 24. salomoni regi CΛ^{L}D; regi salomoni A.

